JOSEPHI ALLEGRANTIAE

ORD. PRAED

A REGIA BIBLIOTHECA MEDIOLANENSI

DE SEPULCRIS CHRISTIANIS IN AEDIBUS SACRIS

ACCEDUNT

INSCRIPTIONES SEPULCRALES CHRISTIANAE

SECULO SEPTIMO ANTIQUIORES

IN INSUBRIA AUSTRIACA REPERTAE

ITEM

INSCRIPTIONES SEPULCRALES ECCLESIARUM

ATQUE AEDIUM PP. ORD. PRAED. MEDIOLANI

MEDIOLANI. MDCCLXXIII

APUD JOSEPH GALEATIUM REGIUM TYPOGRAPHUM

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO

CAROLO · COMITI · FIRMIANO

MEGGELII . MEDIAE . ET . LEOPOLDINAE . CORONAE . DOMINO

AVREI . VELLERIS . EQVITI

AVGVSTORVM

A . CVBICVLO . ET . PENITIORIBVS . CONSILIIS

PROPRAEFECTO . REBVS . MANTVAE . BOZZOLI . ET SABLONETAE

SVPREMO . RECTORI . CVRSVS . PVBLICI . ITALIAE . AVSTRIACAE

EIVSDEMQVE . PROVINCIAE . CVM . OMNI . POTESTATE . ADMINISTRO

IOSEPH . ALLEGRANTIA ORD . PRAED

A . REGIA . BIBLIOTHECA . MEDIOLANENSE

PATRONO . OPTIMO

ACCEPTORVM . BENEFICIORVM . MEMOR

LIBRVM . DE . SEPVLCRIS . CHRISTIANORVM

PERPETVVM . GRATI . ANIMI . ET . OBSEQVI . PIGNVS

DICAT . CONSECRATQVE

CONSILIUM OPERIS

De Coemeteriis acturus, quae extra Urbem pleraque Hominum Chriſtianorum cadavera ſolebant excipere, & Oraculo optimae Principis noſtrae Auguſtiſſimae MARIAE THERESIAE reſtitui nuper mandatum eſt, non ego phyſicas ſaluberrimae juſſionis cauſſas inquiram, quae optime hoc anno atque eadem cauſſa (1) ab Joſepho Habermanno titulo *de Salubri Sepultura* Viennae diſputatae ſunt. Cauſſas potius expendam, quamobrem Coemeteria extraurbana in deſuetudinem venerint, poſtquam nempe Sepulcra in Eccleſiis fuere a Majoribus noſtris introducta pro dignioribus primum, deinde pro quibuſcunque etiam Chriſtianorum. Quare nec Coemeteriorum originem, neque eorum uſum apud Chriſtianos a pluribus Conciliis & Patribus ſtatutum oſtendam; quibus de rebus Panvinius, Gyraldus, Spondanus, Arringhius, & poſt eos alii multi diſſeruerunt. Neque ritus gentium perſequar, quos in locis Mortuorum dedicandis, ducendiſque funeribus recenſent Eruditi atque Theologi contra Heterodoxos. Aliquid ſane vel ad illuſtrandum, vel ad recreandum Opus leviter aliquando attingam, ne aridus fortaſſe nimis appaream. Sed nihil hujuſmodi a me diſcuſſum Lector expectet in argumento, quod, poſt Muratorium (2), alioſque, propoſitum mihi eſt ſtrictius, aliiſque rebus digerendo. Imo neque Simonias recenſebo, de quibus circa Sepulcra plurimum egit Thomaſinius. Hoc erat argumentum opportunum illi in vaſto Opere: vanum mihi, & invidioſum.

Chriſtianorum ergo Sepulcrorum, & praecipue in Eccleſiis Italicis, originem & progreſſum veſtigo ab eorundem qui patet uſu, nempe a quarto Chriſti Seculo. De nonnullis item eorum ornamentis ago, & inter haec nihil dictum de Sacroſancto D. N. J. C. Monogrammate, quod praecipuum erat Defuncti ſignum in Monumentis Chriſtianorum. Moleſte enim heic fuiſſent repetenda, quae Libro ſingulari nuper edito diximus de antiquitate & modis ejuſdem variis, quos ibidem congerere & explicare conati ſumus. Symbola vero, quae hoc ſignum ſaepe conſociabant, vix deguſto quod vaſta nimis haec materies ſit, atque ideo praeter aliquod leviſſimum in hac diſquiſitione dictum, nonnulla eorum cum Monogrammatis Chriſti in tabula aerea deſcripſi & lemmate exornavi, ut qui hanc priſcae gentis noſtrae Philoſophiam ſanctumque morem ignorant, aliquid ſaltem ſe vidiſſe & intellexiſſe putent. Addo Inſcriptiones, quas in hac Mediolanenſi Provincia Chriſticolas appoſuiſſe tumulis reperi. Has porro trifariam divido: Prima claſſis earum erit, quae certo Conſule notantur: Secunda earum, quae ſunt Conſulis incerti: Tertia eas complectitur, quæ nullam quidem temporis notam habent, ſed mihi ſextum ſeculum non excedere viſae ſunt. Ita confido me conſecuturum, ut rem apud nos antiquam ſepulcralem Chriſtianam aliquo modo compleverim, datis ſane, quas videre potui, Inſcriptionibus plane correctis, quarum multas, ac praecipue Conſulares nemo, niſi me ſuppeditante, in lucem publicam emiſit (3). Atque eae ſunt, quas apud alios extare non meminero.

His

---

(1) Scilicet occaſione alterius AUGUSTAE MATRIS Oraculi ad excelſum Regimen inferioris Auſtriae anno 1771. tranſmiſſi. Quod Habermanni Opuſculum finito jam hoc Opere vidi; & jucunde ex doctrina, eruditione, & ordine perlegi plurimum gaviſus, quod aliam a me, uti Medicus, viam tenuiſſet.

(2) Duplex prodiit Muratorii Diſſertatio in ſuis *Anecdotis*. Altera in *Latinis T.* 1. *num.* 17. in qua verſus quoſdam explicat S. Paulini Ep. Nolani, ejuſque praeſertim teſtimonio evincit licuiſſe jam Seculo V. fidelium Chriſtianorum corpora ſacris in Aedibus tumulare. Altera legitur in *Graecis num.* 3. qua, verſus alios exponens Nazianzeni aut alterius Scriptoris priſci, rem eandem nititur demptis abuſibus confirmare, ſimulque oſtendere, Imperatores Chriſtianos nunquam interdixiſſe tumulo tradi Fideles in ipſis ſacris, ſaltem extraurbanis, Aedibus.

(3) Eruditus nunquam defatigatus Homo amicus meus Dominicus Maria Manni tot editis libris clariſſimus aliqua ex hiſce Conſularibus Epigrammatis in lucem edidit Opuſculo cui titulus:

His etiam placuit aliquod ſpecimen recentiorum Epigrammatum adjicere, quae plurimis Familiis Mediolanenſibus duplici modo inſervient, nempe ut ſciant ubi tumulos privatos habeant, & ut Majorum ſuorum aliquam, ſi domi deſit, notitiam adipiſcantur. Fateor me primum excogitaſſe, ſicuti omnes poſt ſextum Seculum uſque ad tertiumdecimum lapides in hac Regione Auſtriaca Sepulcrales colligere, ita ſaltem in hac Urbe poſteriores cunctas exhibere. Sed in utraque re me deterruit Operis magnitudo. Quare ad particularia me convertens ſtatui Inſcriptiones eas ſolum edere, quarum tumuli in hac Civitate concrediti fuerunt Ordini meo Fratrum Praedicatorum. Et quoniam duplex heic habetur ratio Monaſteriorum noſtrorum, alterum S. Mariae Gratiarum a Ludovico M. Sfortia benefico ejuſdem Patrono *Ducale* nuncupatum, & alterum vetuſtius, in quo dego, ad S. Euſtorgii, ſub cujus titulo Baſilica cum Coemeterio antiquiſſima eſt, Tumulis praeſertim & Mauſoleis ornata Sanctorum, & Principum Vicecomitum, eiſque Affinium, & Familiarium, aliorumque, quorum Sepulcrorum catalogum attexo, mancum quidem a Bugato relictum, heic vero ordinatum & auctum, & Epigraphis omnimodo quaeſitis illuſtratum. Permoleſtam igitur hujus Baſilicae Inſcriptionum curam, plerumque cum Sepulcris deperditarum, ego ſuſcepi; deſcriptionem vero earum, quae S. Mariae Gratiarum ſunt eique pertinentium Eccleſiarum, propoſui Amico meo dulciſſimo Patri Magiſtro Montio, qui, ut rem mihi gratam faceret, humaniſſime ex conſuetudine ſua hunc ſibi laborem impoſuit, ſeverioribuſque poſthabitis ſtudiis feliciter explevit. Reliquam hujuſmodi ſive Urbis, ſive Provinciae Mediolanenſis collectionem alii, quod opto, me ſane exquiſitius facient; quae utinam antiquior haberetur ad varias enodandas in hiſtoria tam Eccleſiaſtica quam Prophana difficultates.

Animadvertendum tamen eſt, non omnia Sepulcra ad eam Familiam ab antiquo pertinuiſſe cujus nunc referunt nomina; plura enim haereditario jure ab una ad aliam Familiam translata ſunt, plura una Gente extincta alteri conceſſa fuerunt. Contingit etiam aliquando, ut, translato e Coemeterio ad Eccleſiam Sepulcro, duplex ejuſdem nominis Inſcriptio remaneat, vel ut, reſtituto Sepulcro vetere, ſolum nomen Reſtitutoris legatur nulla Anteriorum memoria relicta. Quamobrem antiquam Epigraphen quandoque fruſta requiras, quandoque duobus in locis repetitam invenias, quandoque alio translatam, aut diſperſam; quod poſtremum huic Baſilicae noſtrae contigiſſe novimus, ſive lapidibus vetuſtate conſumtis, aut populo affluente attritis, ſive pavimenti inſtauratione diffractis remotis obductiſve. Quae ſane incommoda viſum eſt perpeti non debuiſſe eos qui parieti infigebantur, quamvis & ii lapides occaſione novi aedificii, vel reſtaurationis, ſive ruinae ſoleant emoveri, aut etiam diſſipari; quod item nobis accidit quum Seculo XVI. pavimentum Clauſtri, quod dicitur Mortuorum, ab equis Hiſpanorum contritum fuit, totuſque corruit cum Sarcophagis adjacentibus murus Coemeterii. Quidquid autem ſit de Inſcriptionibus deperditis, earum ſane quae ſuperſunt quoties memini, eas ipſo Sepulcri lapidi inſculptas intellige niſi parieti affictas dixero, & Sepulcrum lapide marmoreo clauſum niſi ſecus adnotavero. Sigla vero in iis poſita, haud raro cerebroſa, ſaepiſſime interpretor ut minus intelligentibus occurram. Teſſeras tandem gentilitias, ubi in recentioribus exiſtunt, notavi, ut ſuas quiſque, ſi velit, conferat.

Supereſt dicendum de nonnullis Codicibus MSS. quibus uſus ſum non ſolum ad conferendas Inſcriptiones noviſſimas, ſed praecipue veteres, quas videre non potui, & ab eis exſcripſi. Codex, quem primum conſului erat olim Marchionis Joannis Baptiſtae Cuſani, nunc vero Comitis Donati Silvae, qui parem eruditioni ſuae ampliſſimae humanitatem erga me habet. In Praefatione Catelliani Cottae, qui eum Cuſa-

no

Antichiſſima Lapida Criſtiana. *Firenze*, *Viviani*, 1763. *in* 4. in quo *pag*. 7. & 12. ea ſibi a me tradita candide profitetur.

no miſerat, legitur curaſſe ſe ut hic Codex accurate deſcriberetur ex illo, quem ſibi paulo ante dederat Alciatus amicus ſuus. Viſuntur in eo priſca Mediolanenſium Monumenta diligenter & circumquaque delineata cum Alciati Annotationibus. Atque his addere fecit Comes Donatus Angeli Cantonii (4), Joannis Jacobi Valerii, & Cottae ejuſdem (5) Obſervationes, in quibus ad Monumentum Maheſtini *num.* 34. haec habet Cotta: *Hic* (tumulus) *ultimus eſt earum, quae a Cyriaco Anconitano referuntur Inſcriptionum; nam quae hinc ſequuntur, partim mea, partim Amicorum noſtrorum opera, praeſertim Zenali pictoris, & Antonii Radicii repertae ſunt.* Scio Cyriacum a nonnullis, niſi ſubleſtae, ſaltem dubiae fidei in adducendis Antiquorum Monumentis habitum, qui ejus diligentiam non cognoverunt. Sed praeterquamquod Alciatus ipſe & Cotta eam probaſſe dicendi ſunt in aliquibus Monumentis, quae ipſi, ut apparet ex eorundem Annotationibus, adhuc videre potuerunt; eandem primo cognoverat Mediolani degens Franciſcus Philelphus, qui *Epiſt. lib.* 5. ipſum ex ea plurimum commendat Franciſco Barbaro *Ep.* 22. Videatur *Itinerarium Cyriaci Anconitani* a Cl. Laurentio Mehnſio editum Florentiae, 1742. *in* 8.º Non ergo quod pleriſque Monumentis careamus ea in dubium revocanda ſunt; nam quae nos non videmus alii videre potuerunt. Audiamus ipſum Cottam in praedicta Praefatione, ſeu Dedicatoria ad Cuſanum, ubi loquens de Urbe Mediolani profitetur, ex dicto Patris ſui & Georgii Merulae ſui Praeceptoris, ad eorundem uſque tempora perduraſſe in hac Urbe plurimas Inſcriptiones, inſigneſque Statuas ad D. Laurentii (ubi Thermae olim Maximiani Herculei): tum porphireticum Theodoſii Imperatoris Sarcophagum inſignis ſtructurae & magnitudinis, qui extabat, ait, in Sacello rotundo proximo Aedi S. Victoris ad Corpus extra Civitatem, a Franciſco Sfortia dono datum Pandulfo Malateſtae, qui illum Arimini in D. Franciſci Templo collocavit.

Alium fere ſimilem Codicem comiter obtinui ab integerrimo Senatore Comite Ludovico Archinto doctrinae & bonarum artium amantiſſimo, quo in Codice ſolae quidem Alciati Annotationes, ſed major Monumentorum numerus, ſcilicet aliquorum, quae celeber Comes Octavius Archintus domi ſuae collegerat. Hic inter alia multa, quae reliquit & apud eundem Comitem Ludovicum extant MSS., ſcripſit Volumen grande Epigrapharum Sepulcralium, quod aeque mihi traditum aliquo fuit adjumento ad Inſcriptiones poſteriores augendas & corrigendas, ſicuti alterum hujuſmodi quod vidi in Bibliotheca PP. Ciſtercienſium ad S. Ambroſii, in quibus multa repetuntur, & inepta quaedam fuere congeſta.

Sed & Franciſci Ciccereii Monumenta Alciatinis adjecta, & Sormani MSS. de Plebe Variſienſi, quae adſervantur in Bibliotheca Ambroſiana, gratioſe mihi exhibuerunt Praefectus ejuſdem Oltrochius, ejuſdemque Doctores Branca, & Radaellius pluſquam ego poſſim laudandi ex eorum Operibus editis, aut quibus inſudant edendis.

Nullimode tandem reticebo D. Carolum Equitem Trivultium eruditum omnis Antiquitatis Collectorem, Comitem Georgium Julinium patriae Hiſtoriae Inſtauratorem, & Regem Inſubrium Armorum Joſephum a Caſate Amicum ſuaviſſimum, a quibus nonnullos Codices datum fuit inſpicere, quique in hoc Opere laudantur. Laudare enim Viros, per quos Opus profecit, non grati ſolum animi, ſed juſti officium puto.

SY-

---

(4) Mirum eſt Argelatum non vidiſſe has Cantonii Annotationes. Ex his quippe intelligere potuiſſet Morigiam & Picinellum de nullo alio hujuſmodi ejus Opere fuiſſe loquutos.

(5) Inter has Cottae Obſervationes tria eruuntur Argelato ignota: Primum, has eaſdem a Cotta fuiſſe exaratas, uti ab eis patet: Secundum, ex Germania ab eo huc advectum Codicem Theodoſianum: Tertium, ab eo ſcripta *Sympoſia*, quorum mentionem facit in Annot. ad Titulum *Atilii Creſcentis*.

SYNOPSIS.

P. I.

De loco Sepulcri.

I. EXordium. II. Juris naturae est sepelire Mortuos: hoc jus Paganis cognitum: superstitione admixtum: Ossa Defuncti reperta: Sepultura in Urbe vetita. III. De cura & ratione Sepulturae apud Christianos: ex dogmate Resurrectionis corporum: quam Gentiles praesenserant. IV. Christiani aeque ac Gentiles extra Urbes conditi: sed divisim: Fideles sibi efformabant Coemeteria, in quibus prope Martyres condi curabant. V. Coemeteria Christianorum post Ecclesiae pacem Urbibus propinquiora: inlata in Urbes cadavera: exportanda jubet Theodosius. VI. Varia ejus Legis interpretatio: nova proponitur. VII. Lex Theodosii privilegii loco habita. Vix permittitur extra Urbes humari circa Aedes sacras. VIII. Varia Exempla: circa easdem erecta ad tumulos Oratoria. IX. Cur Martyrum lipsana ad Urbes deferrentur: concessum Episcopis aliisque piis Hominibus in extraurbanis Martyrum templis sepeliri. X. Doctrina SS. Ambrosii, Augustini, Paulini, & Maximi Taurinensis: hanc Fideles prosequuti conduntur in Ecclesiis. XI. Ab Haereticis pessumdata: a Fidelibus magni habita. XII. Ex pietate & largitionibus Christianorum ampliata. XIII. Et Decreto Leonis Imp. in ipsis Urbibus constabilita. XIV. Coeptum quoque, & concessum Monachis Laicos ubicunque sepelire. XV. Attonis decretum adversus multiplicem sepulturam in Templis: quibus permissa, & ubi. XVI. Abusus novis legibus castigatus. XVII. Canones & vota S. Caroli Borromei de Sepulcris & Coemeteriis. XVIII. Votum de usu Coemeteriorum restituendo a Summo Pontifice confirmatum, & Oraculo MARIAE THERESIAE Augustae absolutum.

P. II.

De ornamentis Sepulcralibus.

XIX. SEpulcra sumptuosa, humilia, & mediocria. XX. De ratione Inscriptionum Christianãrum veterum & recentiorum. XXI. De Symbolis ac primo de Palmis. XXII. Cur non de majoribus Hieroglyphicis? XXIII. De effigiebus Martyrum, & Lucernis eorum Sepulcro adpositis. XXIV. de Floribus. XXV. de Coronis. XXVI. Ornamenta architectonica, indifferentis intelligentiae, & ex Religione desumta. XXVII. Imagines SS. Tutelarium supra tumulos pictae. XXVIII. Posteriorum temporum, ac praecipue Vulgi, licentia. XXIX. De Sepulcro Sannazarii. XXX. Epitome utriusque Partis.

DE

DE SEPULCRIS CHRISTIANORUM

IN AEDIBUS SACRIS.

I. *TAmetſi ego videam quod argumentum hoc late ſuſceptum & hiſtorice digeſtum aliquibus fortaſſe minus potuerit diſplicere; ex anguſtia tamen temporis temperandum mihi eſt ita, ut neque amplitudinem rerum, neque ſummum ſequar earum ordinem. Quidquid ergo libera & ſimplici enarratione exponam eo tandem dirigi curabo, ut oſtendam Coemeteriorum uſum deſiiſſe ex multiplici Sepulcrorum numero in Eccleſias admiſſo. Quod quidem & aliud ſibi incommodum traxiſſe videtur, ſecundo loco dicendum, nempe ut Inſcriptiones & ornamenta Sepulcrorum, quae ab initio ſanctam Chriſtianam ſimplicitatem redolebant, poſtmodum in loco ſancto invicem comparata ambitionem & ipſa praetulerint. Ergo, altius repetita re, primo demonſtremus Fideles a principio in Coemeteriis humatos* [1], *dein circa Baſilicas: Epiſcopos autem, Viroſque dignitate*

[1] Etiam extra Coemeteria, nempe in cloacas, in puticulos, in flumina, in mare projecta fuiſſe aliqua SS. Martyrum corpora ab Ethnicis ſaevientibus, atque etiam aliter ad ignominiam ſpretumque eorum, narrant Acta Martyrum, & ex iis Scriptores rerum Eccleſiaſticarum. Tum alios ob humilitatem juſſiſſe non curanda ſua cadavera, abditoque & vili loco condenda. Nos autem de communi Chriſtianorum tumulatione agimus; Coemeterii quoque nomen juxta ſenſum Vulgi late accipientes, pro iis nempe Conditoriis, in quibus omne Defunctorum genus deponebatur. Satis enim ab antiquis Chriſtifidelibus edocemur privatis etiam quibuſcumque Sepulcris Coemeterii nomen inditum, quo ob *ſpem reſurrectionis*, obſervante Rigaltio inter opera Cypriani *Ep.* 67. *pag.* mihi 173. a Gentilibus ſecernebantur.

gnitate conſpicuos in atriis Eccleſiarum, porticibus, exedris, muris & aediculis: tum in ipſis Eccleſiis Epiſcopos, Clericoſque, qui ſpecialius Organa ſunt, & Oracula Spiritus Sancti: denique in eiſdem Viros dignitate inſignes, eoſque qui ob vitae meritum judicati ſunt primum ab Epiſcopo, deinde a Clero digni ut Eccleſiae inferrentur, ſcilicet Chriſtianos omnes, quibus non liceret vitae obrobrium imputare. Ab Epiſcopis ergo coeptum, tum ad Clericos, tandem ad Laicos ventum eſt juxta rerum humanarum conſuetudinem, qua ex uno multa conſequuntur. Sic enim natura hominum comparata eſt, ut ad exemplum moveamur, & quidquid honoris & utilitatis in altero noverimus, quiſque appetat, & habere contendat.

II. *Juris eſſe naturae ſepulturam hominis ii omnes confeſſi ſunt, qui ſemetipſos eſſe homines cognoverunt. Quum enim homo ſe ipſum diligat, ſuique ſimiles; ecquis amabo corpus ſuum eique ſimile turpiter Soli, Feriſque expoſitum, aliiſque ludibriis vexandum permittat, ſedemque animae indecoram jacere inverecundam* [2]? *Hinc tanta apud Ethnicos eoſdem cura pro Defunctis, ut eam animae ſedem altioribus firmiſque tumulis includerent, neve quis eam forte violaret, violantes diris execrationibus impetebant, poeniſque mulctabant. Ac eo res apud Paganos devenit,*

ut

[2] Alias quoque rationes adducit S. Thomas in 4. Sentent. 25. 45. q. 2. art. 3. q. 3. *Sepultura*, inquiens, *adinventa eſt propter vivos ne eorum oculi turpitudine cadaverum offendantur, & corpora foetoribus inficiantur . . . . .*

ut falso crederent, teste Augustino de Civit. Dei cap. 13. *animam non posse quietem accipere, quin corpus in Sepulcro quiesceret. Atque in eo tutius, si redditis Justis apud se retinerent vel igne expiatum* [3] *in olla cinerum, aut aliter humatum domi, vel in agris propriis. In agro sane, ubi modo intra nova Mediolani moenia Monasterium hoc ad S. Eustorgii, erat loculus albissima calce laevigatus, quem detexi in cubiculo habitationis meae anno* 1764., *dum sterneretur novo lateritio opere pavimentum. Loculus longitudinis unciarum* XIII. *latid.* VII. *altitud.* X. *excavatus est, aut constructus in medio antiquissimi muri inferioris, latitudinis unciarum* XXXII. *Ad caput loculi versus Orientem cubile, ubi calvaria Occidentem aspiciens. In medio ossa majora. In angulo ad Occasum pauci cineres nigricantes, & inter eos frustula trium lignorum in summitate adustorum, & duo frustula panni aurei certe hominis, juxta Polybium* [4] lib. 6., *Itali triumphalis. Ollas item in agris, & sepulcreta aliquando extra Urbem nostram reperta sunt, ac novissime plurá ad*

 pri-

[3] Clarus Sylvius *Comment. ad Leges Regias & XII. Tabul. cap.* 23. *pag. mihi* 505. probat ex Synesio, Veteres in igne semen vitae, & immortalitatis intellexisse; per ignem enim labes omnes per materiam contractas expiare credebant, & animam in actu cremandi igne uti tanquam vehiculo ut ad caelum perveniret: quare eam, nempe spiritualem, eo usque circa corpus idest animam materialem oberrare, quo ei Justa forent reddita; quorum ritus apud Romanos implebat novem dies, ac tantae virtutis erat numerus iste nonarius, ut eo Divinitas infernae potestatis absolveretur, & nono die defunctus crederetur factus Deus.

[4] Videndus Auctor hoc loco, ubi narrat magnificam rerum pompam, qua apud Italos Viri inlustres efferebantur, ad hoc ut Juvenes gloriae & honestatis cupidos ad quaecumque subeunda pro Reip. commoditate certamina provocarent.

primum lapidem extra Portam Romanam. Vigebat enim in Romano Imperio notiſſima Lex illa Decemvirum non humandi, neque urendi in Urbe cadavera.

III. *Poſtquam autem affulſit nobis lux vera Chriſtus, qui cunctas Gentium tenebras diſpulit, ſuaque morte, ut vitam nobis redderet, mortem devicit, quin imo in ea fontem aeternae vitae poſuit; Chriſtiani homines intellexerunt, non reſurrectione tantum ſua, ſed adſpirata nobis reſurgendi ſpe, corpora ad reſurgendum cum Chriſto, ejuſque praeſertim nomine ſignata, plurimum eſſe cuſtodienda, quae veluti a brevi ſomno ad vitam aeternam excitarentur. Ita Paulus, monente Hieronymo* ad 2. Theſſal. 4., *intelligendus ubi docuit, non debere ignorari Dormientes,* quos ita, *inquit*, appellat quia certum eſt eos reſurrecturos. *Verum quidem ubicunque ſepeliamur Domini eſſe terram & plenitudinem ejus, & nullam vel vilem ſepulturam obeſſe juſtis, ſicuti celebrem vel ſpecioſam impiis non prodeſſe. Nemo tamen neſcit qualem Majores noſtri pro ſe ſuiſque curam nihilominus haberent ad ſepeliendum corpora, quae, ſicut ſemen, ait idem Apoſtolus* 1. Corinth. 15., *terrae immiſſum atque corruptum, enaſci debent ad vitam aeternam. Quamobrem ab uſtione cadaverum ita abhorrebant, ut purgationem ſuperſtitioſam inſimul evitarent* [5]. *Servari enim & revereri,* *quan-*

[5] Ritum humandi gentilem apud Romanos ſuperſtitioſiſſimum, & praeſertim in uſtione cadaverum, vide apud Guntherum *de Jure Manium lib.* 1. *cap.* 26. *ſeqq.*, & Franciſcum Eugenium Guaſcum, qui rem hanc docte & copioſe collegit, quin imo exhauſit libro cui titulus: *Riti*

quantum possit, corpus putabant si terra tegerent, ubi quasi dormiens requiesceret; quippe somno gelida mors ab antiquis etiam Philosophis fuerat comparata. Quod juxta Stobaeum atque Stanlejum jam pridem docuerant faciundum gentiles ipsi Pythagoras, Anaximenes, Thales, & praecipue Democritus, qui unus inter Gentes resurrectionem corporum minus aliis obscure praesensit, propterea irrisus a Plinio lib. 7. cap. 55. [6]. *Et quamvis ideo Christiani, quod non cremarent corpora accusati, eguissent a Tertulliano, Minutioque defendi, nihilominus crematio paulatim cessare coepit, ita ut quarto Christi Seculo penitus desierit.*

IV. *Sed jam mortui ab initio aerae Christianae nullimode humabantur in Urbibus Romanorum. Quare Ethnici plerumque solebant sive exusta, sive integra Defunctorum corpora in Sepulcris juxta vias ponere, non solum ut honorem mortuis tribuerent, & consolationem lugentibus adhiberent, sed quemque illuc tendentem admonefacerent sibi quoque moriendum esse, recteque ideo bonorum exemplo viveret, ad quod jure quodam-*

funebri di Roma pagana. Lucca 1758. *in* 4. Ex hac porro cadaverum ustione quid Nostri excogitaverint, nempe obscuram Purgatorii ideam apud veteres Ethnicos extitisse, vide apud recentiores Virgilii Commentatores in *Lib.* VI., & in *Phedonem* magni Platonis.

[6] Veteres Philosophi, qui de immortalitate animae dogma tenuerunt, propugnarunt quoque resurrectionem, sive quod utramque veritatem ebibissent ex gentibus Orientalibus, ad quas divertere solebant, sive quod ab immortalitate animae persuaderentur diu contineri non posse animam ab amica corporis Societate remotam. Quamquam in diversa abjerint statuentes Metempsychosim, seu transmigrationem animarum in varia subinde & alia corpora, quod veram resurrectionem minus recte intelligerent. Sed Marcus Varro ex quibusdam Genethliacis conjunctionem animae cum eodem corpore futuram posuit, uti narrat S. Augustinus *lib.* 22. de Civitate Dei *cap.* 28.

quodammodo naturae omnes impellimur. Quum vero neque omnibus facultas esset erigendi Columbaria, vel saltem cippos, agrumque finitimum comparandi, neque viae paterentur tantis hominum & familiarum Sepulcris impediri, Coemeteria facta sunt, in quibus sive caelo expositis, puteisve vulgus sepeliretur [7], *sive intra terram excavatis alia cadavera deponerentur. In his ergo conditi homines Christiani, qui sicuti non aduri, ita ferarum dentibus organa Spiritus Sancti exponi, ut dictum est, minime ferebant* [8]. *Ubi vero conditoria*

[7] Servi communi Sepulcro condebantur, ideft fossa profundius ducta ad similitudinem putei, vel puticuli, quod in eo corpora inopum servorumque putrescerent, quorum tamen etiam Manibus Sacerdotes publici parentabant, & de quibus Horatius: *Hoc miserae plebi stabat commune Sepulcrum.* Sed in his, qui Ethnicorum essent, nisi ex invidia & rabie persecutorum, Christiani minime sepeliebantur ne Gentilibus commiscerentur. Quam etiam cum Haereticis nefandam corporum communionem ita posteri vitarunt, ut locum eorum designarent, a quo procul Mortui abessent, imo Vivi contaminarent. Unum sit exemplum ex Πατρίοις *C P.* apud Bandurium *T.* 1. *lib.* 5. *spect.* 3. *pag.* 92. ubi legitur, sub religioso Imp. Theodosio Haereticorum Antesignanos Arium, Sabellium, Macedonium, & Eunomium ex marmore sculptos humi jacuisse, ut eos qui praeterirent tales sibi Magistros adscribere puderet, utque ii, qui Filio Dei honorem detraxerant, stercore urina sputo & ludibriis deturparentur. Quod Monumentum P. Gyllius *Topograph. C P. lib.* 2. *cap.* 23. prope Senatum, ibidemque in publicis latrinis extasse asserit Nicolaus Alemannus ad *cap.* XI. *Hist. arcan.* Procopii, ubi alia quoque in contemtum Haereticorum ab ipsis Imperatoribus facta, dictaque collegit, indicavitque.

[8] Hinc Augustinus *lib.* 1. de Civitate Dei *cap.* 15. *Non sunt contemnenda & abjicienda corpora Defunctorum, maxime Justorum atque Fidelium, quibus tanquam organis ac vasis ad omnia bona opera Sanctus usus est Spiritus.* Atque hinc sepulturam & exequias Mortuorum maxima observantia coluerunt antiqui Patres quasi argumentum, evidensque praesagium resurrectionis corporum, & in honorem organi, quo Spiritus S. ad officia pietatis est usus dum illud corpus defunctum vitam ageret, uti commentatur Garsias ad *cap.* 4. Concilii Valentini celebrat. anno 524.; ubi legitur: *Mos antiquus in sepeliendis Sacerdotibus observetur*; quibus, ait Evagrius *lib.* 4. *cap.* 30., nempe Episcopis concessum erat, quod aliis negatum. Arcadius enim Imp., renitentibus licet ob Ecclesiae reverentiam & consuetudinem nonnullis, S. Epiphanium in Ecclesia sepeliri mandavit; quod nimirum qui supra leges humanas vixisset, definitum a communi lege locum habere non juberetur. Et hoc quidem in Oriente; nam in Africa ait Ferrandus *cap. ult.* in vita Magistri sui Sancti Fulgentii Ruspensis Episcopi, primo ei locum in Basilica datum, ubi ait, *nullum Mortuum neque Sacerdotem, neque Laicum sepeliri consuetudo sinebat antiqua.*

toria non eſſent, *Clerici*, *ait Hieronymus* Epiſt. de Muliere ſepties icta, *quibus id officium erat*, *tumulum alte defodiebant*, *illudque tam in agris quam in Coemeteriis obſervabant*, *ne vicinia Gentilium mortui in Chriſto coinquinarentur* [9]. *Quare etiam catacumbas ſibi peculiares cavabant*, *uti Romae vidimus*, *& Syracuſis*, *alibique*, *de quibus poſtremis aliàs in* Epiſtolis Siculis *nonnihil diximus*, *atque in iis congregari ſolebant Chriſticolae ad orandum*, *& ad cetera Religionis Myſteria peragenda*, *uti probat Panvinius*, *& poſt eum Baronius*, *aliique*. *Atque adeo magna haec fuit piorum Fidelium ſancta cogitatio*, *& anxia ſollicitudo*, *ut*, *quum liceret*, *maxime avebant condi apud Martyres*, *quorum Sepulcra viſa ſemper ſunt domicilia quaedam vitae & adyta ſanctitatis*. *Licebat autem*, *& ſaepius inter perſecutiones*, *in eiſdem Coemeteriis ſepeliri ubi eos colebant*, *in quibus divinam virtutem refulſiſſe* cognoverant [10]. V.

[9] *V.* Cyprianum *Ep.* 68. ubi Martialem Epiſcopum Hiſpaniae reprehendit quod filios ſuos indiſcriminatìm inter Gentilium Sepulcra humari feciſſet.

[10] Inter Chriſtianas habet Muratorius hanc Inſcriptionem *T.* IV. novi Theſauri *p.* 1840. *n.* 3. Romae in Coemeterio Cyriacae a Boldetto inventam, qui tamen paulo aliter, ut infra, eam tradit *pag.* 50.

IN CRVPTA NOBA RETRO SAN
CTVS EMERVM SE VIVOS BALER
RAE ✠ SABINA MERVM LOC
V BISONI BAPRONE ET A
BIATORE

ſcilicet: *In Crypta nova retro Sanctos emerunt ſe vivi Valeria & Sabina merum locum biſomum ab Aprone & Viatore*. Vide aliam Inſcriptionem graecam apud eundem Murat. *p.* 1921. *n.* 7. ubi Paulina jacere dicitur *in locò Beatorum*, nempe in Coemeterio Romano S. Agnetis: tum ea quae Boldettus ipſe docet: *Oſſervazioni ſopra i Cimiterj lib.* 1. *cap.* 14., & Corſinius *Diſſert.* 2. *n.* 2. *ſeqq. in Append. ad Notas Graecorum*.

V. *Pace tandem post varias persecutiones Ecclesiae concessa, expurgatisque idolorum Fanis, Basilicisque erectis, Coemeteria, quae longius aliquando esse solebant, propius Urbi accessere, & circum eas* [11] *sive extructa, sive aucta in loco Sancto* [12]. *Nos equidem Mediolanenses viciniora habuimus. Ea etenim esse debuerunt ubi assurgunt Templa SS. Eustorgii* [13], *Celsi, Nazarii, Dionysii, Simpliciani, & Victoris, quae Martyrum exuviis superposita, vix a primo*

[11] Serius quam alibi in Anglia, si credimus Spelmano, qui *T.* I. *Concil. Orbis Britan. p.* II. iconem referens humilis Ecclesiae primi Seculi *regio*, ut ait, *permissu* extructae in Insula Glasconiae, Coemeterium asserit in ejus circuitu non extitisse, imo neque, ut aliae postea erectae, habere potuisse nisi Seculo octavo. Ita ne dicendum de aliis priorum trium Seculorum Ecclesiis, quarum Ciampinius elenchum texuit *Moniment. P.* I. *cap.* 18.; de quibus, aliisque generatim plures docti Viri digladiantur. *V.* Binghamum *Origin. Ecclesiast.* lib. 8. cap. 7. Moshemium *Inst. Hist. Christ. major. Secul. I.* P. 2. cap. 4., & Spencerum *in Origen. contra Celsum*. Eae ergo tunc, cunctaeque nec ne extiterint, post legem sane Leonis Augusti citius quam in Anglia mortuos excipere potuerunt.

[12] Ex antiquioribus extra Urbem tumulis, qui Sacri apud Gentiles erant, & maxime ab hisce Christianorum Coemeteriis, dicendum est agros moenibus propiores accepisse nomen *Terrae Sanctae*, aut *Corporum Sanctorum*. Qua de re invenio disputasse Campinum in Historia Placentina *P.* 3. *pag.* 158. *seq.*

[13] Magnum heic ex *Zodiaco* Puccinelli *pag.* 19. fuisse Coemeterium, quod Christianorum diceba-tur, asserit Boldettus *lib.* 2. *cap.* 19., atque in eo copiosissimos Martyres, quorum sanguis in puteum affluxerit, qui sub Choro est. Bugatus autem in *Chronico hujus Monasterii MSS* ad annum 1537. narrat quidem dum e medio Sanctuarii altare produceretur, ut retro Chorus praesens, qui ante stabat, locum haberet, plures ibidem detectas capsas lapideas ossibus rubicundis fere & odoriferis plenas, quas Sanctorum, ait, putavimus esse reliquias e vicinia SS.Eustorgii, & Magni, qui Ecclesiam aedificavit, atque ibi in ea condi voluit. Subdit etiam hunc puteum ab antiqua traditione puteum Martyrum nuncupari, pluresque SS. Reliquias hinc distractas ad varias Ecclesias. Verum de praedicto accursu sanguinis, tum in hoc ipso *Chronico*, tum in ejus edita *Historia universali* nihil habet. Ceterum in Ecclesiis puteos extitisse, qui benedicerentur, satis apparet ex *Sacramentario Gallicano* apud Mabillonium, de quibus mystice Ambrosius lib. *de Isaac & Anima* n. 20. *seqq.* Alios item in Coemeteriis extitisse narrat Boldettus, atque adhuc superesse, qui Sanctorum cadaveribus impleti sunt, sive qui ad baptizandum inservirent. Addit insuper aliquem alium, confluente ut supra Martyrum sanguine, claruisse, recentioribus, quam par est, usus testimoniis.

a primo Urbis ambitu ducentis paſſibus diſtant. Et juxta Gervaſii & Protaſii lipſana, ubi Templum D. Ambroſius erexerat, ejuſque modo nomine nuncupatur, Polyandron Caji extaſſe Noſtrates memorant. Aliud, quod a via Romanum, ſive Peregrinorum dicitur, & fortaſſe vetuſtius, intra Maximianaea ipſa Urbis moenia ad S. Joannis ad Concham ſitum tradit Cl. noſter Comes Julinius Memorie Milaneſi T. III. p. 167. *In his igitur Coemeteriis jubebatur Fidelium vulgus humare ſuorum corpora, latis ideo Impp. Gratiani, Valentiniani, & Theodoſii legibus vel contra eos, qui in Templis urbanis recondi apud Martyres voluiſſent. Quamvis ego putarem leges illas, ſicut & alia poſteriorum, & maxime exterorum Conciliorum decreta non ita eſſe accipienda, ut aliquam explicationem non admittant. Alia enim ſolas fortaſſe urbanas Eccleſias reſpiciunt, alia ſolas Martyrum Baſilicas non vero quaſcunque Eccleſias, alia denique vulgus quidem Chriſtianorum, minime autem Reges, Principes, Epiſcopos, alioſque dignitate aut* virtute *conſpicuos Homines, quorum titulis ad Sepulcrum patentibus populus, devotionis ergo confluens in Templa, excitaretur magis ad colendam Religionem, & virtutem amplectendam* [14]. *Alia item ad*

diver-

[14] Inter ceteras virtutes, quas Mortuorum aſpectus elicit, humilitas, quae baſis virtutum eſt, nobis facile occurrit cogitantibus, imo videntibus quid fuimus & erimus, & quod perdite aliquando amabamus. Non ita ſane veterum nonnulli, qui etiam in gemmis anularibus ſcheleton, aut caput hominis mortui, aut tibias &c. inſculpebant, non ideo ut mortis imaginem

diverſos regionum uſus pertinent, quibus ſicut adverſari, ita quandoque obſecundare modo conveniens eſt, modo periculoſum. Nonnullas ergo ex his legibus explicare conemur, ac primo Theodoſianam, quam Tribonianus detruncavit, Baronius omiſit, eaque haec eſt:

Omnia, quae ſupra terram urnis clauſa, vel ſarcofagis corpora detinentur, extra Urbem delata ponantur ut & humanitatis inſtar exhibeant, & relinquant incolarum domicilio Sanctitatem. Quiſquis autem hujus praecepti neglegens fuerit, adque aliquid tale ab hujus interminatione praecepti auſus fuerit moliri, tertia in futurum patrimonii parte multetur: Officium quoque, quod ſibi paret, quinquaginta librarum auri diſpoliatione merebitur. Ac ne alicujus fallax & arguta ſollertia ab hujus ſe praecepti intentione ſubducat, adque Apoſtolorum vel Martyrum ſedem humandis corporibus aeſtimet eſſe conceſſam, ab his quoque, itaut a reliquo Civitatis, noverint ſe adque intelligant eſſe ſubmotos. Dat. III. Kal. Aug. Heracleae, Eucherio, & Syagrio Coſs. (*nempe An.* 381.).

VI. *Erunt fortaſſe & quidem ſunt, qui legem hanc contra urbanas Sepulturas ubicunque, alii qui Con-*

---

proferentes motibus caſtigandis prodeſſent, ſed contra deliciarum illecebris perfruendum eſſe impie exſtimularent. Quum enim mors parata ſemper ſit cuique occurrere, myſtico propterea ac inſano documento inſinuatum erat comedere, bibere, laetari, dum tempus adeſſet, & rebus uti.

Constantinopolim duntaxat affecisse putent, minime autem alias Urbes, Sedesque alias Martyrum seu Martyria, ac ea praesertim quae in Municipiis potuissent reperiri. Quod quidem quum plura capita praeseferat, utrisque satisfaciendum. Nam si Theodosii praeceptum de humatione ubicunque urbana intelligamus, id post legem decimam XII. *Tabularum ab Hadriano jam fuerat prolatum ad Civitates Imperii, idest Metropoles, & ab Antonino Pio ad Urbes seu Municipia. Ita videntur Gothofredo* T. 3. p. 148. *intelligi & conciliari posse Ulpianus qui ab Hadriano, & Lampridius qui ab Antonino humationem urbanam usque ad fines Imperii summa potestate vetitam dixerunt; quod item a Diocletiano & Maximiano repetitum privilegiis Municipiorum neutiquam obstare Homines eruditi contendunt. Rationes enim, quibus id prohibitum, omnibus communes esse debuerunt.* 1.ª *ne scilicet Defunctorum indefinita successio Civitatem implendo, quae locus, ajebat S. Vedastus* vit. cap. 10. *debet esse Vivorum, Vivos expellat.* 2.ª *ex Isidoro* Origin. lib. 15. cap. 11. *ne foetore Mortuorum aer, atque inde corpora Viventium inficiantur.* 3.ª *quod iniquum esse putabatur loca publica, ait Cicero* lib. 2. de Legibus, *privata (Sepulcrorum) religione obligari. Aliae duae in praecepto Theodosii tanguntur. Prima est, ut ad vias delata monumenta, quae in pomoeriis & domibus Urbis stabant, facilius, ajebat Varro* lib. 5. de lingua lat. *mortalitatem humanos Viatores admoneant. Altera, ut sarcophagis, & ma-*

ximè urnis Gentilium cinerariis expurgata Civitas Chriſtianam Sanctitatem undique redoleret; quod ſane etiam Ethnicis aliunde poterat convenire, qui ſolo Defunctorum contactu, imo & aſpectu religioſa quaeque contaminari putabant, atque malum omen, ſi in ea quis male religioſus incideret, ex ſuperſtitione antiqua habebant, de qua Theophraſtus in Charact. ſuperſtit., *aliique* [15]. *Novi eſſe Eſpenium, qui* P. 2. tit. 38. cap. 2. *ea legis verba ſecus intelligit, &* ſanctitatem domicilii Incolarum *per corpora, ideſt per foetorem Mortuorum putat violatam, non recte, ut ego arbitror, uſurpata Iſidori ſententia, quam paulo ante ſecundo loco attulimus. Gothofredi opinionem a Muratorio oppugnatam, hujuſque conjecturas verbis ſuis refero ex* Anecdotis Graecis, *ubi ſuſpicatus hac lege ſolas affici Baſilicas in Urbe C P. (quod antequam lex illa in Codicem reciperetur nemo negaverit) intentionem ejus praecepti ita perſcrutatur inquiens* p. 270.: Ne tota Urbs a Sepulcris occupata ab iiſdem ſancta & ſacra efficeretur, atque ut locum Incolarum viventium ſanctitati relinquerent. Non enim ſola apud antiquos ſepulcra ad religionem ſpectare credebantur, ſed loca etiam adjacentia, aedificia,

[15] Aliam rationem legis XII. Tab. adducit Thomas Garzonius *Piazza Univerſal. Diſc.* 43. ut Cives, exemplo Scytharum ex Herodot. *lib.* 4. *cap.* 127. Sepulcra Majorum ſuorum extra moenia defenderent, hoſtemque a muris longius propulſarent. Itemque Petrus Moreſtellus *Pomp. Feral. lib.* 3. *cap.* 2. *de Jure Manium* apud Graevium in *Theſauro Antiquit. Roman. T.* 12. reliquis non obſervatum quid addit; ne fortaſſe ſcilicet licentia illa domeſtice ſepeliendi praeberet occaſionem delinquendi, & occiſos occultandi;

ficia, agrique circumpoſiti religione & ſanctitate obligabantur. Neceſſum igitur fuit extra Urbes Sepulcra compellere, ut ea in Civitatibus loca tantum eſſent ſanctitate obſtricta, quae Incolarum pietati, ac templorum religioni conſentanea viderentur. Atque haec potior fortaſſe, verique ſimilior legis interpretatio eſt, quam quae a Gothofredo adfertur, nempe ideo vetitam in Urbe a Impp. laudatis mortuorum Sepulturam *ne ſacra Civitatis funeſtarentur*, quemadmodum Paulus Juriſconſultus *lib. 2. recept. ſentent. Tit.* 21. ſcripſit. Nimiam ſuperſtitionem, ac Gentilium indolem ea ratio redoluiſſet, Principibus vere Chriſtianis indigna. Quod ſi temerariae conjecturae periculum non immineret, pro *Sanctitatem* ut habent editi libri, *Sanitatem* legendum hic opinari poſſemus, nimirum ne cadavera peſtiferis exhalationibus Urbem inficerent, neve cum Incolarum viventium ſalute faetor mortuorum corporum confligaretur. *Alii item eadem legis verba explicantes per diverſa vagati, quos inter & ego, meam commentationem proferre auſus, judicium Sapientibus permitto. A Conſtantino enim ad Theodoſium mihi ſit veriſimile in Urbe caput Imperii conſtituta, & Gentilibus referta, Magnates ſaltem urnas habuiſſe atque ſarcophagos, quorum nonnullos etiam Chriſtianorum extitiſſe non negaverim, cunctos proinde ea Lege cautum ut extra Urbem deferrentur. Caeterum admiſſa praedictae vocis permutatione, ac eo amplius ſi Exemplar Graecum haberi poſſet quod eidem ſuffragaretur, ſane*

&

& Espenius conciliari quodammodo posset cum aliqua violatione non sanctitatis, *sed* sanitatis.

VII. *Si vero de humatione in Martyriis Urbis CP., non vero in aliis aliarum Urbium quis velit Theodosium esse locutum, eadem quae supra diximus optime recurrunt. Praeterquamquod Theodosii Leges in utroque Imperio admissas observatasque perhibet Gothofredus, qui in Prolegomenis ad* Cod. Theodos. T. 1. cap. 3. *pluribus ostendit, ab Ostrogothis ipsis in Italia ejusmodi Codicis usum & auctoritatem servatam usque ad initium Seculi sexti. Quin imo hanc Legem privilegii loco habitam tradit Concilium Bracarense anno DLXIII. celebratum* cap. 18. Placuit ut corpora Defunctorum nullo modo in Basilica Sanctorum sepeliantur; sed si necesse est, deforis circa murum Basilicae [16] usque adeo non abhorret. Nam si firmissimum hoc privilegium usque nunc retinent Civitates, ut nullo modo intra ambitum murorum cujuslibet Defuncti corpus humetur; quanto magis hoc venerabilium Martyrum debet reverentia obtinere? *Ex quibus verbis, non solum in Martyriis urbanis, sed in aliis quibuscunque id vetitum fuisse arguit Cl. Garsia Loaisa inquiens:* Hunc morem antiqui Christiani religiose servarunt, ut in capellis, aut in muro Ecclesiae, & non intra Ecclesiam humarentur; quamvis essent proceres, & principes Viri: ut

[16] Prope Ecclesias, imo circa murum Basilicae Sepulturam ex necessitate posse fieri repetit etiam circa finem Seculi IX. Concilium Triburiense.

ut obſervatum eſt in multis Baſilicis Hiſpaniae. *Ita ſane & alibi factum, ut videre eſt apud Onuphrium Panvinium* de Ritu ſepeliendi mortuos, *ubi longum texit catalogum Impp., Regum, Principum, Pontiff., Epiſcoporum, aliorumque variis dignitatibus conſpicuorum hominum, qui vel ad limina, vel in porticibus Eccleſiarum ſepulti ſunt. Mos ergo antiquus erat humandi nunquam in Baſilicis quibuſcunque, quae per Martyres ibi conditos, aut per eorum reliquias eo translatas publicae dicebantur, ſed quidem extra Eccleſias urbanas in aediculis, aut in muro, aut in atriis, exedris, & porticibus earundem, aut in Coemeteriis.*

VIII. *In atriis ſeu Eccleſiae Veſtibulis ſepultos fuiſſe Primates poſt Conſtantinum Magnum* [17], *qui ideo Janitor dictus eſt, tradit Evagrius* lib. 4. cap. 30. *& Nicephorus* lib. 14. cap. 58. *tum Oſtienſis* lib. 2. cap. 5. *qui decimo adhuc Seculo Ottonem II. Imp. in atrio D. Petri Romae conditum fuiſſe narrat. Atria hujuſmodi & porticus ante & circum quandoque Templa, in quibus Epiſcoporum & Magnatum* ca-

[17] Urbium Conditores in media Urbe ſepultos docet Scholiaſtes Pindari; & Socrates *lib.* 1. *cap. ult.*, ait Conſtantinum M. Eccleſiam Apoſtolorum in Urbe CP. eo conſilio aedificaſſe, ut Imperatores ac Pontifices ab Apoſtolorum reliquiis haud procul abeſſent. Vide S. Jo. Chryſoſt. *Homil.* 66. *ad Populum Antioch.*, & Fuſius clariuſque *Homil.* 26. *in* 2. *ad Corinth.*, ubi ait: *Atqui id non Romae ſolum fieri quiſpiam viderit*, ut nempe apud Martyres quis niſi magnus magno item ex honore humetur, *ſed etiam in Urbe Conſtantinopolitana. Etenim heic Conſtantinum Magnum Filius ingenti honore ſe affecturum exiſtimavit, ſi eum in Piſcatoris veſtibulo conderet*. Hinc humari ante *Regiam* ſeu Principem Eccleſiae portam, nempe in veſtibulo aedis ſacrae, legitur in aliquibus Monumentis quae afferuntur ab Eduardo Corſinio *Diſſert.* 2. ad Notas Graecorum *n.* 5.

cadavera humabantur, Paradiſi nomen obtinuere [18], *quod, quum Romanis juxta eundem Oſtienſem* Chron. Caſs. lib. 9. cap. 26. *in uſu eſſet, quaſi e terreno Paradiſo in caeleſtem trajiceretur, alibi etiam ad Coemeteria translatum eſt, uti audivimus Novocomi videntes ibi aream nobilium Sepulcrorum ad S. Joannis. Frequentius tamen, quum atriis & porticibus non ſaepe Templa exornarentur, obſervavi circa muros veterum quarundam Eccleſiarum varia intus & extra erecta monumenta, tum exedras* [19] *ſeu ſedilia lateritia intrinſecus alia, & alia extrinſecus, tum denique aediculas cancellis munitas, in quibus generoſae familiae tumuli. Atque hae fortaſſis ſunt, quae adhuc Seculo XII. apud Balſamonem* [20] *Eccleſiae minus Sacrae dicebantur, in quas ſolummodo inferri mortuos permiſſum erat. At his quoque altaria poſtmodum invecta* [21], *& paulatim hujuſmodi aediculae Ec-*

[18] De Paradiſi voce Coemeteriis adhibita vide du Freſnium in Gloſſario voce *Paradiſus*, & Annales Egmundanos ab Antonio Matthaeo illuſtratos *cap.* 50.

[19] Exedrae erant loca conſtructa ad muros Eccleſiarum, in quibus circumſedere liceret, uti Modoetiae in Templo S. Franciſci, & in quibus ſupereſſe adhuc tumulos in circuitu Eccleſiae Tutelenſis teſtatur Baluzius in notis ad Reginonem *pag.* 557.

[20] In Reſponſ. ad Marci Alexandrini Interrogat. *reſponſ.* 38. ait, neminem in Eccleſia ſepeliendum ſi in ea Martyris corpus jaceat: ita intelligi debere 2. *cap.* 1. *tit. Baſilic.*, & civilem antiquam Legem ſcriptam dicentem *nefas eſt aliquem in Eccleſia ſepelire*: poſſe autem ſine periculo humari in aliis *non ita conſecratis ſacris aedibus, quae & Oratoria nuncupantur*, in quibus, ab eiſdem aedificatis, multos ſepeliri conſueviſſe oſtendit P. Zacharias *Diſſert.* de Veterum Chriſtian. Inſcripp. uſu *cap.* XXIV.

[21] Veteres Franci Magnatum tumulis aediculam imponebant, quam, quod Baſilicae ſeu ſacrae aedis formam referrent, Baſilicam vocabant. Ita Vezzoſius ex Cangio annot. *ad Orationem in Baſilica ſuper Defuncti corpus*. Tom. 4. *Opp.* Card. Thomaſ. *pag.* 340. edit. Roman. 1749. Sed hujuſmodi aediculae, quae iiſdem porticibus ſucceſſerunt, Baſilicas amplificarunt, uti videmus iis in Eccleſiis, quae per devia conſtituuntur.

Ecclesiis aggregatae fuerunt, ita ut unum corpus simul efficerent. Testem habemus ipsum Gregorium Turonensem, qui de Glor. Confess. cap. 106. *aram dicit se consecrasse in Cellula corporis Reginae Radegundis. Porro hujusmodi aediculae in Ecclesiis, aut cum Ecclesiis conjunctae occurrunt cuicunque Templa ab VIII. jam Seculo erecta inspicienti. Anteriora quippe, tum multa etiam posteriora vix praeter altare binas aras in lateribus habent, easque parietibus extimas, quod in Basilicis recentioribus e contra factum aspicimus, & modo explicuisse extra rem nostram videretur. Quippe ut ordinem disputationis sequamur, de Sepulcris in Ecclesias quascunque illatis agendum a nobis est, ac primo de exemplis* [22] *& rationibus, quibus olim factum & permissum, tum de usu Ecclesiarum, quo vetitum est atque concessum.*

IX. *Quorum ergo fuere corpora primitus in Urbes a Christianis illata ea Martyrum sunt, quibus ad gratiorem faciendam Numini aedem, tum ad illustrandam & tuendam Civitatem utebantur, ut victricis etiam essent trophea Religionis* [23]. *Et quum ea loca ex fallaci & arguta solertia putari excepta quis*

 vellet

[22] Non quidem Gentilium sed Christianorum. Illos enim quis nesciat non solum Imperatores & Vestae Virgines, sed & alios fuisse Romae tumulatos? teste eodem Cicerone *lib* 2. *de Legibus*.

[23] Alia item potuit esse ratio inferendi in Urbes sancta Martyrum cadavera. Sicut enim persecutionum tempore spatiosiores cryptas eligebant aut efformabant, ut in eis tuto rem Divinam apud Martyrem facerent, quod iidem Christiani apertissime testantur apud Eusebium *lib.* 4. *cap.* 15. passionem Polycarpi referentes; ita pace Ecclesiis reddita ea in novas Urbis Ecclesias inferre placuit, ut apud ipsos Martyres commodiore coitione uterentur, & latius Mysteria peragerent.

vellet ut apud Martyres locaretur, ideo Theodoſius lege cavit alium quemque excipiendum. Non ita tamen ut ejus Legem alibi nonnulli non interpretarentur, ſcilicet, ut ſupra diximus, condi licuiſſe Epiſcopos, alioſque inſigni morum innocentia praeditos, ut de Ambroſio, Satyro, & Marcellina, aliiſque mox videbimus.

X. *Amplior tamen, ex uſu forte Regionis & Eccleſiae, amplior inquam ejuſdem Ambroſii doctrina eſt & Auguſtini, quam ut ad paucos referatur. Quamvis enim Auguſtinus dixiſſet* [24] *eſſe quidem humanitatis officium, non vero praeſidium ſalutis quidquid humano corpori impenditur, ita tamen argumentatur:* quod ſi nonnulla religio eſt ut Defuncti ſepeliantur, non poteſt nulla eſſe quando ubi ſepeliantur attenditur; *ac proinde infert, ſupplicationem quandam fuiſſe Matris illius, quae credidit animam filii in Baſilica Martyris poſiti ejus meritis adjuvandam* [25]. *Neque ſecus videtur ſenſiſſe Ambroſius, qui loquens de ſepultura Abraham* lib. 1. cap. 9. n. 80. nondum erant, *ait*, hujuſmodi Dei Templa, in quibus Fidelium Domino reliquiae condantur. *Et revera in Templo ſuo, imo ſub ejus Altari, in quo ſolebat offerre, dignum ſibi*

24] *Vid.* S. Auguſtin. *Enchiridion* cap. 109. & 110. *De cura pro Mortuis* cap. 1., & ad *Quaeſt.* 2. *Dulcitii*, & *Sermone* 72.

[25] Ita ſane patrocinio Sanctorum, & Fidelium precibus Majores noſtri ſe commendabant, uti legimus in Epigrammatis priorum Seculorum apud Collectores Inſcriptionum & praecipue Sepulcralium, ex quorum vetere doctrina illud Auguſtini *de Cura pro mortuis* fluxiſſe dicendum eſt, animas Defunctorum a Sanctis apud Dominum adjuvari ſi eoſdem vivi orent, & Patronos ſuſcipiant quibus eas commendent.

ſibi apud Martyres ſepeliri reputavit. Sed clarius in Epitaphio, quod Satyro Fratri ſuo, apud S. Victorem M. locato, inſcripſit:

Uranio Satyro ſupremum Frater honorem
 Martyris ad laevam detulit Ambroſius.
Haec meriti merces, ut ſacri ſanguinis humor
 Finitimas penetrans adluat exuvias.

Ergo S. Victori Fratrem commendavit, ut ejuſdem paſſionis merito a maculis, ſi quas habuiſſet, ablueretur. Ita quoque S. Paulinus Epigrammate de Celſo Puero in fine ejus Panegyrici:

Quem Complutenſi mandavimus Urbe, propinquis
 Conjunctum tumuli foedere Martyribus:
Ut de vicino Sanctorum ſanguine ducat,
 Qui noſtras illo purgat in igne animas.

Unde Maximus Taurinenſis Bibl. PP. Lugdun. T. 6. p. 41. haec habet: Ideo a Majoribus noſtris proviſum eſt, ut Sanctorum oſſibus noſtra corpora ſociemus, ut dum illos Tartarus metuit nos poena non tangat, dum illos Chriſtus illuminat nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum Sanctis ergo Martyribus quieſcentes evadimus Inferi tenebras eorum propriis meritis .... in nullo enim ab ipſis ſeparari poterimus, ſi ſociemur illis tam religione quam corpore. *Quid ni plerique Fidelium idem appeterent? qui neque uſum duntaxat aſpicerent, & doctrinam audirent, ſed haec derivare intelligebant ab uſu & doctrina Majorum ſuorum in Coemeteriis conditorum, quae loco Eccleſiae, vigente perſecutionum aeſtu, illis*

erant, & Romae frequentia. Ita ſane Majores noſtri in Eccleſiis noſtris videre poterant, tituloſque legere Manliae Dedaleae, Marinae &c. [26], *& Marcellinae, cui magnus ipſe Ambroſius frater ſcripſit Epigraphem. Atque haec cauſſa eſt, unde in Martyriis, ideſt Templis ſuper Martyrum exuvias aedificatis, aut ſaltem propius quam potuiſſet, devota Fidelium cohors tumulabatur. Inveriſimile enim eſt poſt aliam ejuſdem Theodoſii Legem* [27], *qua quis poterat in Loco Sanctorum Baſilicam aedificare & augere, Locum exinde ipſum ad Sepulturam ei negatum. Multa hujuſmodi puto eſſe Monumenta Defunctorum, quae in antiquis Baſilicis reperiuntur, & forte ex eorum numero Sarcophagus ſex magnis lapidibus compactus, profundeque ad glaream poſitus, detectus anno* 1768. *dum Sepulcrum in hac Baſilica Euſtorgiana effoderetur pro nova SS. Sacramenti Congregatione ante Sacellum S. Vincentii Ferrerii. Integros in eo ſceletos vidi*

[26] Hujuſmodi Epitaphia, aliaque ad comprobandum non ſolum in hac Civitate, ſed etiam in vicinis Urbibus aliquos Chriſti Fideles in Eccleſiis & circum eas fuiſſe conditos, adferentur in Sylloge hanc Diſſertationem primo ſubſequente.

[27] „ Humatum corpus nemo ad alterum locum transferat; nemo Martyrem diſtrahat, nemo „ mercetur. Habeant vero in poteſtate, ſi quolibet in loco Sanctorum eſt aliquis conditus, „ pro ejus veneratione, quod Martyrium vocandum ſit, addant quod voluerint fabricarum. „ Dat. IV. Kal. Mart. Conſtatinop. Honorio N. B. P. & Evodio Coſs. [*nempe an.* 386.]. Tribonianus *l.* 3. *de Sepulcro violato* addit *ſine Auguſti afflatibus*, ideſt ſine Principis permiſſu non poſſe corpora transferri juſtae Sepulturae tradita. Tum in Cod. Juſtin. *humanum* pro *humatum* legitur, quaſi Martyrum ſedes, ait Gothofredus heic *T.* 3. *p.* 152. non humanis ſed humandis corporibus denegentur. Atque ideo geminum ſubdit eſſe errorem in *l.* 2. *Cod. de SS. Eccl.* cujus lectionis corruptae cauſsâ nugas agunt Interpretes. Ceterum falſis Reliquiis hac lege occurſum eſt, translatione videlicet, aut commercio earum interdictis; Martyriis tamen in earum veneratione extrui permiſſis.

vidi jacentes Maris ad dexteram & Foeminae ad ſiniſtram, Ortum Solis & altare, ſub quo S. Ep. Euſtorgius I., reſpicientes [28], *cum duabus Conſtantii Conſtantini Magni F. monetis aereis inferioris moduli. Tantum itaque a quarto Seculo haec invaluit apud Italos opinio ſe condendi apud Martyres, ut paſſionis eorum participes effecti eorum etiam patrocinio gauderent, quod non ſolum Primores, ſed alii etiam Laici in Eccleſiis ſepelirentur* [29]. *Ac Brixiae quidem, & in Sabinis, tum in ſola Urbe Genua narrat Gregorius Magnus* Dialog. lib. 4. cap. 53. *Valentinum Eccleſiae hujus Mediolanenſis Defenſorem in Templo Sancti Syri tumulatum, &* cap. 54. *Tinctorem quemdam in Sancti Januarii ad portam ibid. Sancti Laurentii. Et quum ideo de hiſce duobus, aliiſque ſimiliter apud Italos humatis S. Pontifex loquatur, ut oſtendat in peccato mortuos minime in Eccleſiis pacem habere, quod ſupremo nutu exturbata a Daemonibus fuiſſent eorum cadavera, palam eſt Fideles jamdiu in Eccleſiis humari ſolitos; ideoque turpiter ementitos Novatores Seculi XVI. eorumque Aſſeclas, qui hanc conſuetudinem ſerius natam praedicant, ut cum li-*

[28] Hominem Chriſtianum ſepeliri debuiſſe capite ad Occidentem poſito, pedibus ad Orientem oſtendit Volaterranus *Philolog.* lib. 31. tit. *de modo funerandi* fol. 7. 41. *V.* etiam Caſſan. *Glor. Mund.* p. 2. *conſiderat.* 5.

[29] Aliquod exemplum eſt, noluiſſe Eccleſiae Conditorem in ea quemquam humari. Vide *Novum Theſ. Inſcript.* Murator. *p.* 1913. *n.* 4. Verum id imo probat in aliis Eccleſiis morem fuiſſe mortuos ſepeliendi, quod ampliſſime teſtantur apud hujuſmodi Inſcriptionum Collectores infiniti tituli, qui in Eccleſiis Italicis adhuc ab antiquo reperiuntur.

Libro Machabeorum ſuffragia pro Mortuis damnent, & evertant.

XI. *Lutherus equidem ſuffragia voluit eſſe Defunctis incommoda; unde Leo X. inter alias hanc ejus propoſitionem damnavit:* Animae ex Purgatorio liberatae ſuffragiis Viventium minus beantur, quam ſi per ſe ſatisfeciſſent. *Ulterius tamen odio adverſus Catholicos, & invidia progreſſus Jo. Calvinus, nedum inanes & in Eccleſia novas, ſed impias fere, ſin minus audaces, aſſeruit Fidelium precationes pro Mortuis, uti videre eſt* lib. 3. Inſtitutionum cap. 5. §. 6. 10. *Aliunde in Orthodoxas Eccleſias debacchatus, neque ſepeliri, imo ut preces aboleret, neque funus in eas duci mandavit hac molli inſinuatione ad Mombelgardienſes ſive Mompelgartenſes Ep.* 51. In Sepultura Mortuorum hanc moderationem vellem adhiberi, ne in Templum funus deferretur ſed recta in Coemeterium. *His ergo furibundis verae Eccleſiae hoſtibus, & ſeceſſionis ab ea Anteſignanis, neque locus in Templis placuit* [30], *neque preces pro Defunctis offerri ut a peccatis ſolvantur. Imo neque coeremoniae, quas Sacramentarius Hoſpinianus* lib. 3. *de*

[30] Quamquam Gaſpar Streſius in Reſponſ. Prudent. ad Conſtantinum Hugenium Auctorem *Diſſert. de Organo in Eccleſiis confederat. Belgii*, negare non valens apud ſuos humationem in Templis fieri, ridiculum hoc induxit ſubterfugium: *Mos ſepeliendi in Templis ex ſuperſtitione ortus eſt: Credo. At potuiſſet etiam ſine ſuperſtitione oriri; ſicut nunc ſine ſuperſtitione uſurpatur. Sepelimus in Templo, non ut in loco Sanctiore, ſed ut in loco honoratiore. Honoris, non religionis eſt in Templis ſepeliri. Fateor non eſſe ex uſu; ſed ſine ſuperſtitione eſſe contendo, & non valere argumentum ab origine deſumtum.*

de Origine Templorum cap. 1. *a Clericis adinventas effutit ut Mortuos ad Ecclefiam cum quaeftu traherent. Ergo ne, deletis quibufcunque precibus, & coeremoniis, infoluta apud ipfos cadavera efferuntur? Alterum forte Conftantinum M. habuerunt, qui ad fepeliendos gratis pauperes in Urbe C P. certos reditus affignaverit, aliumque Anaftafium, five Juftinianum, qui fubinde* Novella 59. *difperfos reftituerit? Audiamus Saurmannum* de Jure Sepulturae lib. 2. §. 2. *qui, loquens de fuo grege Praedicantium, morem refert nonnullis in locis receptum,* ubi, *ait*, fine ulla habita diftinctione an pretium loci (*in Coemeterio*) folvi poffit nec ne, pro Sepulcro Viri vel Mulieris 30. vel 40., pro Sepulcro vero Infantis tenerae aetatis decem thaleri funt folvendi antequam fepultura concedatur, licet Sepulcrum fit plane haereditarium. *Qui nam funt quaeftus, nifi hi turpes funt? Sed aliud eft quaeftum aliquem facere honeftumque, ut laboris fui Paftor aliquam ad vivendum mercedem accipiat, aliud morem fepeliendi in Ecclefia natum effe ex avaritia Sacerdotum, ideoque coeremonias fuiffe a Clericis Catholicorum adinventas, precationefque pro Defunctis novas itidem effe, vanas, fuperftitiofas, eifdemque ad minus incommodas* [31]. *Puderet me heic delira*

[31] De antiquitate fuffragiorum pro Defunctis agunt omnes Theologi Catholici, quibus addendus Muratorius in avreo Libro cui titulus *Carità Criftiana* cap. 12. *feqq.*, & noviffime adverfus Hackfpanium, Bingamum, aliofque P. Henricus a Porta R. Linguarum Oriental. Profeffor Symmyftes meus in Opere *de Linguar. Oriental. præftantia*. Mediolani 1758. in 4.

lira Protestantium excutere somnia, historiae priorum Seculorum, rationique ipsimet adversantia. Unum dicam, quod optime advertebat Georgius Vicelius in Retectione *sui jampridem* Lutherismi, *nimirum in oppugnanda Catholicorum religione eo usque Novatores, ac praesertim Lutheranos processisse, quod* Coemeteria Patrum suorum mutarunt, nequid reliquum esset quod mutaretur. *Pejores, addere potuisset, Donatistis, qui Basilicas Catholicorum invadere voluerunt, ut sibi solis, ait Optatus Milevitanus* contra Parmen. lib. 6. *Coemeteria vindicarent. Illi autem in Catholicos vivos & mortuos bellum adeo immane gesserunt, ut, Sepulcris usque eversis, Sanctorum ossa cineresque projicerent, & a Coemeteriis nostris omnino abhorrerent.*

XII. *Hisce ergo pietatis, religionisque Eversoribus minime attendentes, Majorum nostrorum pietatem religionemque miremur, qui suis Animabus se recte consulturos credebant, si in iis locis, quae sacrificio Missae, & precationibus destinata sunt, Sepulcrum acciperent. Tot enim sacrificiorum & precum se se amplius participes fore sperabant, quanto propius quasi adessent, interessentque, atque ita eorum Caelitum intercessionem plus mererentur, quorum reliquiae illis in Ecclesiis requiescerent; tum etiam ex loco aspectuque tumuli patrocinium eorum obtinerent qui Templo deserviunt, &* pro apud se tumulatis *inquit Sanctus Thomas Aquinas* 4. Sentent. d. 45. quaest. 2. art. 3. quaest. 3. frequentius & specialius

orant

orant [32]. *Quod ut facilius obtinere viderentur, ſe ſe etiam liberales Eccleſiis praeſtabant. Quin imo Gregorii M. temporibus res eo devenerat, ut aliqui partim pietate, partim aemulatione & ambitione ſubnixi Sepulcrum in Eccleſia ita appeterent, ut etiam pretio ſibi compararent. Quamobrem Januario Archiepiſcopo Calaritano, qui centum ſolidos a quadam Matrona petebat quod ejus Filiam in Eccleſia tumulaſſet, indignatus S. Pontifex ſcripſit in haec verba* lib. 9. Epiſt. 31.: Si quando aliquem in Eccleſia veſtra ſepeliri conceditis, ſiquidem parentes ipſius, proximi, vel haeredes pro luminaribus ſponte quid offerre voluerint, accipere non vetamus. Peti vero, aut aliquid exigi omnino prohibemus, quod valde irreligioſum eſt; ne aut venalis fortaſſe, quod abſit, dicatur Eccleſia, aut vos de humanis videamini Mortibus gratulari, ſi ex eorum cadaveribus ſtudeatis quaerere quolibet modo compendium. *Quod idem paulo ante ſic dixerat*: Grave nimis, & procul eſt a Sacerdotis officio, pretium de terra conceſſa putredini quaerere, & de alieno velle facere luctu compendium. *Deinde ſubdit*: Hoc vitium & nos, poſtquam ad Epiſcopatus honorem acceſſimus, de Eccleſia noſtra omnino vetuimus, & pravam denuo

con-

[32] Gaudentius Paganinus *de Juſtinianaei Seculi moribus*, *P.* 1. *cap.* 27., de Sepulcris agens poſt Juſtinianum in Templa inlatis, putat id cauſſae fuiſſe, quod conſanguinei, quia orant in Templo, preces pro eis fundant, & quod meritis Martyrum & Apoſtolorum, quorum cadavera ad Eccleſias Urbanas translata eſſent, Mortuorum animae crederentur adjuvari.

consuetudinem nunquam usurpari permisimus. *Quod idem* lib. 8. Ep. 3. *jam scripserat Dono Messanae Episcopo. Introductum ergo morem castigans largitatem admisit, pretium vetuit. Largientes porro admonere illi visum est (loco Dialogorum* cit. cap. 30.) *quod si nullo crimine gravati moriantur, expectent quidem a Fidelibus solatia dum e tumuli conspectu preces pro ipsis ad Deum fundant, illos vero qui in peccato decederent, atque ideo Ecclesiam Sepulcro suo contaminarent, majorem damnationis cumulum acquisituros. Quam sententiam Nicolaus I. exscripsit respondens* cap. 99. *ad* Consulta Bulgarorum.

XIII. *Sed longius ab omni dubitatione criminum jam Itali processerant aeternam requiem inhiantes* [33]; *& quamvis saepius haec audirent suis auribus insonari, imo & apertissime prohiberi neminem in Ecclesia humandum, ac denique scirent vix Regibus, Sacerdotibus, Clericisque permissum in Ecclesia sepeliri; nihilominus & Laici neutiquam apud nos patiebantur a Templis excludi. Et praesertim quum aevo Gregorii Leges Orientalium in aliqua Italiae parte sub Exarchis reviviscerent. Jamdiu quippe Imp. Leo Sapiens* Constit. 53. *inclementiae accusaverat Hadriani Legem*, recteque contemptam *dixerat*, *qua cuique vetabatur sepelire in Urbe Mortuos*, *quos fideles Deo quis-*

[33] Persuadebantur quippe futuros esse ex eis, quibus, quum in corpore bene viverent, talia [scilicet Sacrificia, eleemosynae, orationes, & locus ipse juxta Augustinum *de Cura pro Mortuis*] post hanc vitam prodesse meruerunt.

quiſque amplexari apud ſe potuiſſet, & ſine magno pauperum diſpendio in Civitate tumulare [34]. *Fortaſſis ergo in urbana Templa nondum intulerant Majores noſtri, ſicuti in Martyria extramurana Defunctos ſuos, quod Theodoſii placitum Reges Gotthi aliqua ex parte ſervaſſent. Verum interciſo Gothorum Regno, nimium Italis placuiſſe oportuit praedicta Leonis Conſtitutio, quam ſane Galli, Hiſpani, Germanique ſerius videntur recepiſſe. Quin imo tunc apud hos vigebat admodum Theodoſii Lex, tum vetus Eccleſiaſtica. Quidquid tamen ſit de rigida aliarum Provinciarum conſuetudine, aliorumque etiam veterum, ſequiorumque Conciliorum & Epiſcoporum Decretis*, Arelat. *anno* 813. can. 22. Mogunt. 813. Capitular. Carol. M. lib. 1. cap. 153. & lib. 2. cap. 48. Nannet. 850. Tribur. 895. *quibus id omnino negandi, pro conditione hominum inter quos vivebant, probabiles rationes ſuppeditabant; contraria conſuetudo in Eccleſiis Italiae inolevit, ne prius quidem ignota Majoribus aut inuſitata, qui non ſolum honori, ſed maximo quoque emolumento ſibi tribuebant, ſi ſepulturam in Eccleſia Martyris, vel alterius Sancti Reliquiis nobilitata, ac praeſertim in Urbe, conſequerentur* [35].

 Atque

[34] Thomaſſinius *de Beneficiis Part.* 3. *lib.* 1. *cap.* 66. putavit hanc Leonis Legem de Sepultura Eccleſiaſtica intelligendam, de qua ſane nulla mentio eſt in Leonis Conſtitutione; quare non ad Theodoſium, ſed ad Hadrianum referenda, qui quum Sepulturis Urbem pollui ex perſuaſione Gentilium crederet, Leo id abſurdum dicit impiumque.

[35] Huic mori videntur praeluſiſſe nonnulli Reges Iſrael, quos in Civitate David ſepultos narrat *lib.* 3. *Reg. cap.* 2. 11. & 14.; quin ab Aegyptiis, Aethiopibus, & Spartanis, imo a quibuſdam Romanorum, qui Fana prope tumulos habuerunt, exempla deſumamus.

Atque adeo ſolliciti in dies evaſerunt Itali erga loca ſuae Sepulturae in Martyriis tam urbanis quam extramuranis, ut, praeter oblationes in funeribus, aliaſque liberalitates, fundationes quoque pias & quandoque ampliſſimas facerent.

XIV. *Quare nil mirum ſi potius quam ad Paroecias, ad Monaſteria ſaepiſſime confugerent, ubi copioſior Reliquiarum numerus, preceſque, & ſacrificia frequentiora* [36]. *Nam illud quoque a SS. Patribus, & maxime ab Auguſtino didicerant, ſive altaris, ſive orationum, ſive eleemoſynarum ſacrificiis, tum a Sanctis tanquam Patronis Mortuos adjuvari; imo quum diſcerni non poſſit, quibus iſta proſint, oportere ex pio devotionis affectu ea pro regeneratis omnibus facere ut nullus eorum praetermitteretur, ad quos haec beneficia poſſint & debeant pervenire. Hinc Epiſcopo Urbevetano, qui in Monaſterio prohibuerat & celebrari ſacra Myſteria, & Mortuos ſepeliri, Sanctus Gregorius lib.* 1. *Ep.* 12. ſepeliri, *ait*, ibidem Mortuos, vel celebrari Miſſas, nulla ulterius habita contradictione permittas. *Habuerunt quidem ab*

[36] Ante Seculum XII. rarae fundationes ſunt, quae ſacrificia pro Defunctis memorent. Earum ſcopus erant eleemoſynae & orationes *in remedium animae*, quae phraſis ubique occurrit tempore barbarico. *V.* Murator. *Differt.* 65. 66. *&* 67. *col.* 631. & in Libro cui titulus *Carità Criſtiana* cap. 13. Seculo autem XI. videnda eſt Epiſtola Leonis P. IX. ad Epiſcopos Italiae ſcripta. Sed jam Seculo v. S. Remigius Ep. Remenſis in Teſtamento ſuo a pluribus Epiſcopis ſubſcripto ſtatuerat, ut ex agris oblatis ſua ſacris altaribus offerretur oblatio, quod Euſebius Renaudotius antiquitatum Orientalium peritiſſimus adeo apud eos in uſu eſſe obſervavit, ut Tomo I. *Comment. in Liturg. Copticam S. Baſilii* non haeſitaverit haec ſcribere: *Sane nulla quacumque in Eccleſia Liturgia eſt, in qua pro Mortuis oratio non fiat, nempe pro iis, qui dona obtulerunt, & pro quibus obtulerunt. V.* Berlend. *Delle Oblazioni all' Altare.*

ab initio Monachi Coemeteria extra clauſtra ad Orientem, neque in Eccleſia, ſed vix in Oratorio humabantur Abates inſigniores, quique vitae Sanctimonia caeteris praeluxiſſent, uti Sanctus Benedictus, aliique; ſed introductis poſtmodum intra clauſtra Coemeteriis, tumuli quoque primum in clauſtris, tum in Eccleſiae porticibus, atque in ea facti ſunt [37], *in quibus non ſolum Viri Laici, ſed etiam foeminae conditae, uti videre eſt apud Martenium* de antiq. Eccl. Rit. lib. 5. cap. 10. & 14. *Ex quo quidem exortae contentiones plurimae Clericos inter & Monachos, quod illi quererentur Parochialibus emolumentis fraudari. Re autem ſaepe compoſita* [38], *Paſchalis II.* anno 1108. Ep. 90. edit. Labbeanae Venetae ad Joannem Abbatem Florentinum *T.* 12. Concil. *integrum cuique jus fecit Sepulturam ſibi eligere in ejus Monaſterio; quod idem jus alii Pontifices ad exemplum Gregorii & Paſchalis, & etiam Concil. Tribirienſis* can. 15. *confirmarunt ubique Monaſteriis Clericorum, & quorumcumque Regularium.*

XV. *Sed jam Atto Epiſcopus Vercellenſis quum advertiſſet ex antiquo, ut ait* Capitularium cap. 23.

in

[37] In Coemeteriis Monachorum, atque etiam in Monaſteriorum clauſtris, porticibuſque Eccleſiarum foetor cadaverum aere aperto exceptus non ita potuit inficere Monachos, ſicuti poſtea in Eccleſiis.

[38] Vid. Thomaſſin. de vet. & nova Eccl. diſciplina *P.* 3. *lib.* 1. *cap.* 68. Notanda verba Concilii, ex quibus ratio humationis apud Coetus Regulares: *Expectet eum terra Sepulturae ſuae, quo Canonicorum, aut Monachorum, ſive Sanctimonialium Congregatio Sancta communiter degit, ut eorum orationibus Judici ſuo commendatus occurrat, & remiſſionem delictorum quam meritis non obtinet, illorum interceſſionibus percipiat.*

in his Regionibus uſu ſepeliendorum in Eccleſiis Mortuorum, ea divino cultui mancipata, & ad offerendas Deo hoſtias praeparata, Coemeteria potius facta eſſe quam Templa: volumus, *inquit*, ut locus ille, ubi tanta eſt multitudo cadaverum, pro Coemeterio habeatur, ablato inde altari, & in eo loco conſtituto, ubi religioſe & pure Deo ſacrificium offerri valeat. *Tum jubet, tumulis e terra prominentibus ad planitiem redactis, neminem in Eccleſia ſepeliri*, niſi forte talis ſit perſona Sacerdotis, aut cujuslibet juſti hominis, qui per vitae meritum *talem ſuo corpori defuncto locum acquiſiverit. Haec equidem ex Theodulfo deprompſerat; ſed in Canonem ſuae Eccleſiae non redegiſſet, ſi non ita apud ſuos vicinoſque moris eſſe obſervaſſet. Nam quum Laici quicunque poſſent in Eccleſiis condi, Leonis decretum latius uſurpantes* [39], *magna cadaverum copia debuit Eccleſiarum pavimentis operiri. Quamobrem & alias in Italia hujuſmodi Leges emanare oportuit, quae priſcas repetentes, & ſingularia excipientes, Mortuos quoſcunque cohiberent ab ingreſſu Eccleſiarum, eoſque in porticibus ſtare vellent, aut in clauſtris Monachorum & Coemeteriis, reſervato ubique & ſemper Baptiſterio, & loco prope altare ubi Corpus & Sanguis Domini conficitur. Quod jugiter advertere mihi contigit. Quippe quum Eccleſias Monachorum, & quaſcun-*

[39] Quidquid dixerit Cujacius *lib.* 17. *Obſervat.* 31. ubi Novellarum Leonis nullam eſſe auctoritatem fuſe contendit.

cunque alias veteres perſcrutarer, vidi quidem in Sanctuariis lapides ſepulcrales aliunde translatos ut pavimentum decentius obtegerent, tumulos autem nunquam, neque in Baptiſteriis.

XVI. *Verumtamen non diffiteor tam in Confeſſionibus, quam loco altaribus proximo, & in Baptiſteriis Sepulcra haberi poſteriora, ſcilicet praeter ea Epiſcoporum ac praecipue Sanctorum, quae ut a reliquis diſtinguerentur; aut jampridem in Cryptis poſita, aut ſubinde condita in aris ſunt. Quorum exemplo & alii deinceps in locis eiſdem propioribus tumulati, ut & ipſi a reliquo Fidelium vulgo ſegregarentur, ſive natalibus inſigniores, ſive Sacelli Conditores, ſive eidem Sacello & Eccleſiae benefici. Ex praedictis enim Leonis, Gregorii, & Paſchalis, aliorumque placitis, & ſequiorum Theologorum ſententiis certiores facti quod nemo vitae merita improbaſſet niſi in caſibus jure exceptis, quid non animoſi quaererent & obtinerent? Neque aliquo contenti, ac etiam familiae tumulo, ecquid alii non agebant, ut propiorem altari haberent locum, aut ut ſuperbiorem tumulum erigerent in excelſo ornato & ſplendido loco cum armis vexillis & trophaeis?* V. *Gerſon.* T. 2. *p.* 440. *Quam ſingularem tumuli libidinem iterum coercere, aut temperare oportuit latis, ſeu repetitis Legibus, ac praeſertim contra eos, qui non ſolum loca vetita adirent, ſed ambitione elati machinas in Templis erigerent, quibus eadem penitus prope occuparent. Eccleſia enim eodem ſemper animata ſpiritu, quamvis*

ne-

necessitate cogente aliquid disciplinae interdum remiserit, cessare nunquam potuit efferre vocem, qua Fidelium cupiditates, imo & effraenem eorum devotionem aliquando compesceret. Multae sunt in hac re Pontificum, Episcoporum, & Conciliorum sanctiones, quas adducendo longius, quam par est, abduceremur. Sola prae cunctis afferam decreta doctissimi Civis nostri, & Episcopi Sanctissimi Caroli Borromaei, qui mentem PP. Tridentinorum assequutus, priorumque Conciliorum vestigiis insistens nonnulla statuit, quibus alii per Italiam Episcopi, vix aliquid pro more quisque suae Provinciae addentes, plenissime adhaeserunt. Quae quidem decreta Sanctus ipse edidit in libris Instructionum Fabricae & Suppellectilis Ecclesiasticae *cap.* 27. de Sepulcris, & Coemeteriis, *ubi sic habet.*

XVII. DE SEPULCRIS. Primo quidem, sicut Episcopos, Presbyteros, aliosque Ecclesiasticos homines intus in Ecclesia sepeliri Canones sanxerunt: ita de eorum Sepulturis aliqua instructione cavendum est.

Episcopalis igitur Sepulturae locus in Basilica Cathedrali pro chori foribus ingressuve esse potest; ubi si locus decens aliquando non detur, alius deligatur, qui religioso venerabilique Episcopali nomini, ac dignitati convenientior sit: non in choro tamen, neque in Capella majori, sed extra illius fines in alia Ecclesiae parte decentiori atque insigniori.

Sit ea a caeteris, etiam canonicalibus Sepulcris, loco, & Insigni praeterea aliquo Episcopali distincta.

Se-

Sepulcra item ſint Canonicalia duo, a dextero latere Sepulturae Epiſcopalis; eaque ut ſupra aliquo interjecto ſpatio ſeparata: in quibus & Canonici, & Capitulari dignitate praediti ſepeliantur.

Totidem praeterea a ſiniſtro latere, certo etiam intervallo disjuncta: in quibus caeteri Baſilicae Cathedralis Sacerdotes, Clerici, aliique Eccleſiaſtici Miniſtri humentur.

In Eccleſiis Collegiatis Sepulcra tria ſint ante etiam Chorum, aut alio loco etiam digniori; non in Choro tamen, nec vero in Capella majori, aliave: unum in medio ſitum, in quo Praepoſiti, vel Archipresbyteri, vel alio nomine Rectores earum ſolum humentur: alterum, in quo Canonici: tertium in quo caeteri Sacerdotes, Clerici, Miniſtrique earum Eccleſiaſtici.

Praeterea in ſingulis Eccleſiis Parochialibus etiam duae Sepulturae ſint, loco ut ſupra demonſtrato: una propria Parochorum Rectorumve earum: altera Clericorum Parochialium.

Ubi vel in atrio, vel in porticu, vel in Exedris, vel in Coemeterio locus nullus dari poteſt Sepulcris communibus; intus, in Eccleſiae ingreſſu, ſaltem quatuor eo nomine ſtruantur.

Alia vero Sepulcra Laicorum propria in Eccleſia, ſine Epiſcopi conceſſu, fieri non debere decretum eſt. Quae ſi fieri, extruive conceſſum erit; ne prope Altaria, ut Varenſi Concilio cautum eſt, ſtruantur fiantve: niſi tam longe diſtent, ut Sepul-

crale os ab eorum ſcabello, bradellave procul abſit ſpatio ſaltem cubitorum trium.

Nullo ſane modo intra Chori & Capellae majoris fines; neque rurſus intra Capellarum minorum cancellos exſtruantur, quibus a populo Sacerdos celebrans ſeparatur.

Fornicato autem opere fiant; quaeque e ſolo Eccleſiae nullo modo exſtent emineantve, ſed illud plane adaequent.

Ab utroque Eccleſiae latere, ubi fieri permiſſum erit, dextro ſcilicet ac ſiniſtro, eo ordine diſpoſita exſtruantur, ut e regione ſibi ſingula reſpondeant.

Operiantur Sepulcra, ne ullo unquam tempore foeteant, duplici integumento, quod quadrata, vel alia decenti forma, pro loci ratione, e lapide ſolido ſit; ita tamen, ut inter utrumque aliquid ſpatii relinquatur: & inferius integumentum e rudi, illud ſuperius e polito lapide ſtruatur, Eccleſiae pavimento aequale, quod ſepulcrali ori undique apte cohaereſcat.

Anulus praeterea in medio integumento ſuperiori affigatur ad illius elevandi uſum; ita tamen ut nihil emineat, ſed tantumdem integumenti excavetur, quantum anuli craſſitudo capiat.

Rurſus alia etiam ratio praetermittenda non eſt; ut illud integumentum ſuſtollatur per clavos duos, qui aliqua craſſitudine ſint, quique ab ejuſdem integumenti ſuperiori parte in utroque latere

tra-

trajecti nihil plane exstent: ab inferiori autem paulo oblongiores, quam integumenti crassitudo est, singuli ferrum transversale firmiter haerens habeant, quo, dum fune unicuique clavo adhibita integumentum elevatur, sustineri queat.

In superiori porro integumento, ne crux, sacraque alia Imago Effigiesve sculpatur, aut alio modo exprimatur; ut ne pulveris lutive sordibus, & sputo inquinetur, ac transeuntium pedibus conculcetur.

Neque vero etiam sculpturae ornatus, literarum incisio, aut inscriptio ulla, aliudve quidquam fiat quod emineat: neque rursus quidquam etiam tessellato opere, etiam si non superemineat, inscribatur, sculpaturve, quod Episcopo ante probatum non sit.

De Coemeteriis. Cum Sepulcris conjuncta instructio esse debet de Coemeteriis, in quibus Mortuos sepeliendi morem antiquum tantopere a Patribus comprobatum, in usum, ex Decreto Concilii Provincialis per Episcopos nostrae Provinciae, ubi potest, restitui cupimus.

Coemeteria igitur, ut animadverti licet, alia in porticu atriove Ecclesiarum, a fronte scilicet: alia a tergo: alia a latere septentrionali: alia a meridionali: quaedam ab omni illarum parte sunt; nec vero vetitum est, quin adhuc etiam ab eisdem singulis omnibusve partibus constitui possint.

Porro quae a fronte, in atriove Ecclesiae ex-

tructa ſunt, quamvis ad excitandam, vel caritatis erga Mortuos Fideles, vel conditionis humanae memoriam, in ipſo proſpectu hominum ſint; tamen quoniam ob iter ac tritam viam, qua tranſitus per Eccleſiam hac atque illac fit, facilius patent vel animalibus, vel ſervitutibus, vel deambulationibus, congreſſibus, & aliis hominum actionibus eo ſacro loco indignis: quam ob rem etiam ſaepe ob alia, quae quotidie humanitus incidunt, violari contingit; ideo a fronte in atriis, porticibuſve Eccleſiae (cum ab alio latere fieri poſſunt) non extrui expedit.

A ſeptentrionali autem Eccleſiae parte illorum ſitus potior deligatur: aut ab eo latere, in quo maxime aedium Clericalium tranſitus quotidianus, feneſtrarum proſpectus, ſtillicidiorum etiam projectura, aliaeve ejuſmodi ſervitutes vitari poſſunt.

Ampla autem Coemeteria eſſe debent pro Eccleſiae, cui adhaerent, ſituſve ſpatio, proque hominum item multitudine.

Forma eſſe poſſunt oblonga aut quadrata Architecti judicio, aut pro ſitus modo.

A parietibus nuda eſſe non debent, ſed undique iis ſepta: qui parietes a terrae ſolo alte exaedificentur cubitis circiter ſeptem.

Ubi vero tanta parietum altitudine prae loci inopia exſtrui non poſſunt; ita ſaltem alte exaedificentur, ut animalibus aditus praecludatur: haecque altitudo non minor ſit cubitis tribus.

Ubi vero praeciſae rupes erunt, quibus Coeme-

meterii ſitus concluditur, eae pro ſepimento parietum eſſe poterunt.

Parietes autem manufacti extrinſecus albario opere incruſtentur; in locis vero inſignioribus decens erit, ſi intrinſecus ab omni parte porticibus veſtiantur, ſacriſque picturis hiſtoriiſve ornentur. In iis porro porticibus Sepulturae aequali ſpatio inter ſe diſtinctae, recto ordine, ad praeſcriptae formae rationem, fieri poſſunt.

Ubi porticibus Coemeteria non circumveſtiuntur, parietes ſaltem exornari debent aliqua ſacra pictura certis eorum locis expreſſa.

In medio eorum ſitu crux ex aurichalco, aut marmore, aliove lapide confecta collocetur: quae in columna marmorea lapideave, ſeu in pila ſtructili ſuffulta, aliquo decenti integumento operiatur, aut e ligno alte erecta conſtituatur.

Capella item parvula, eaque in Orientem verſus, ubi poteſt, exſtruatur: in qua preces pro Mortuis aliquando fiunt.

Habeat item vas aquae ſanctae, forma ſupra demonſtrata, cum aſperſorio: non tamen appenſo, ſed quod amoveri poſſit ad aſpergendi uſum.

De loco Ossario. Certus praeterea locus intus ſit, pariete undique ſeptus, & tecto ac fornice, ubi poteſt, opertus: iſque in omnium conſpectu ſit, ubi Mortuorum oſſa aliquando effoſſa ordine ſtruantur.

De Ostiis Coemeterii. Coemeterii porro tria oſtia a fronte eſſe poſſunt; niſi ſitus ratio ejuſmodi eſt, ut a latere

tere etiam illa fieri neceſſario poſtulet. Si vero Coemeterium Eccleſiae ab aliqua parte continens eſt, ab ea parte januam item habeat, qua ad Eccleſiam aditus ſit, quum vel Divinorum officiorum pro Mortuis, vel proceſſionum cauſſa uſu venerit. Ab oſtii autem majoris, a fronte exſtructi, ſumma parte, quae extrinſecus eſt, Sacroſanctae Crucis imago exprimatur: in extremo Crucis affixa imagine capitis, aut cranii hominis Mortui.

Quae oſtia, a quacunque parte ſint, firmis valvis, peſſulis, & clave munita & clauſa, ne pateant niſi quum uſus venerit.

Nullae vites, arbores, arbuſta, ſtirpes cujuſvis generis, non modo frugiferae, ſed quae etiam nullum omnino fructum baccaſve gignunt, in iis eſſe, aut cenſeri debent. Imo vero ne foenum quidem, herbave vireſcens, quae pabulo detur, ſit.

Abſit ſtrues lignorum ac tignorum, tum omnis acervus caementorum, lapidumve: omnis denique res loci Sanctitati, Religioni, & Decoro repugnans.

XVIII. *Ex his ergo abſolutiſſimis divi Caroli Inſtructionibus, quae ſuorum eorundemet Conciliorum Provincialium compendia in his rebus ſunt, nimis aperte patet, mentem ejus conformem admodum eſſe antiquo mori tantopere, ut is ait, a SS. Patribus commendato, ſcilicet habendi in Coemeteriis communes ſepulturas. Et quum optimus uſus iſte, ob multiplicem, ut ſupra vidimus, communemque in Templis ſepulturam, tunc maxime in perniciem Eccleſiaſticae*

di-

disciplinae defecisset, ex altero sui Concilii Provincialis Decreto restitui, ubi posset, optabat. His Caroli votis annuit Paulus V., qui in Rituali Romano hoc ipsum iisdem ferme verbis sancivit: Ubi viget antiqua consuetudo sepeliendi Mortuos in Coemeterio retineatur, &, ubi fieri potest, restituatur [40]. *Admissis ergo Privatorum Sepulcris, e quibus raro foetor emanat, quod paucos includant atque ideo rarius aperiantur, tum quod aliqua distinctio inter hominum coetus in usu semper fuerit, ac eorum praecipue, qui sive tutela, sive largitionibus fuerunt aut sunt Ecclesiae benefici; cur alii non excludantur? qui communibus excepti sepulturis aerem Templorum continua cadaverum fermentatione & tumbarum aperitione inficiunt. His sane rationibus Antistites Principesque permoti, bonoque societatis, & sanctae disciplinae tuendae studio jugiter intenti, quod Majores nostri optime sancteque cupiebant, ad effectum tandem perducere apud nos sapientissime decreverunt. Venerandis igitur Ecclesiae decretis sartis tectis: servata, imo ex congregat Mortuorum aucta precum, aliarumque coeremoniarum disciplina: inviolatis quorumcunque juribus: saluti Civium proviso: ornata novis aedi-*

[40] Hoc idem decretum triplici rationi innixum, auspice providentissimo S. Ecclesiae Mediolanen. Antistite Card. Josepho Puteobonello, renovatum est in Congregatione Vicariorum, ut ajunt, Foraneorum habita anno 1748. *Restituatur quo ad fieri potest antiquus mos sepeliendi Cadavera in Coemeteriis; ita enim & laudabili Ecclesiae consuetudini, & aeris salubritati, & Ecclesiarum nitori optime consultum erit.* V. Decreta condita in Congregationibus Vicariorum Foraneorum annis 1742. in 1766. edita hoc anno Mediolani apud Jo. Baptistam de Sirturis 1772. in 8.

aedificiis Civitate; ecquid amplius nobis eſt? niſi ut eorum conſilia laudemus, a quibus bona iſta derivare cognoſcimus.

XIX. *Hactenus de loco Defunctorum, ejuſque apud Chriſtianos cauſſis, & viciſſitudinibus. Supereſt agendum de Sepulcri conſtructione & ornamento, ut hanc Diſquiſitionem ex inſtituto perficiam. Ut autem a conſtructione initium ſumamus, forma primum inquirenda eſt, quae a delineatione procedit, tum materies, quae ab ipſa quidem pendere ſolet, at aliquando, contra mentem Architecti, a pecunia. Porro Mortuorum Sepulcra, humillimis praetermiſſis, trifariam Gentes dividere juxta Defuncti dignitatem conſueverunt, nempe in* ſumptuoſa, mediocria, *&* humilia. *Aegyptii pyramidibus, obeliſcis, columnis ingentibus: Hebraei mauſoleis: Graeci coloſſis: Romani cunctis hiſce rebus delectabantur, tum columbariis, aedibuſque Genio ſacris, magnificiſque, in quibus, arâ etiam poſitâ, ſuperne Gens ac interdum Familia, inferne autem Liberti deponebantur.* Mediocria *apud omnes erant ſpecus, cryptaeque in montibus, aut ſub planitie excavatae, ubi ſua quiſque conditoria habebat, vel ſecus in agris propriis minora exſtruebant aedificia, nec quidem uti priora ex marmore aut columnis ſtatuiſque ornata* [41]. *Denique ad* humilia *pertinebant*

[41] Antequam Statuae aedificiis ſumptuoſis imponerentur, aliae Majorum educebantur quae funus praecederent, ſed pictae ut illa Defuncti, quae ceteras ſubſequebatur, facta ad decorem venuſtatem & vivi hominis ſimilitudinem. Quum autem funere peracto cunctae in atriis

bant aediculae, cippi, pila, & hujuſmodi. Locus autem cadaveris, quod non cremaſſent, nunquam major fuit quam ut corpus caperet, eumque, ſi ſtaret, faciebant ad modum vaſis alti, columellae &c.; ſi jaceret, arculae, plutei, lectuli, ſcriniique. Aduſtum ollis recondebant. Materies iſtarum, ut ita dicam, capſularum ex omni metallo, plurimum vero ex marmore eoque diverſi generis, diverſeque exſcalpto, & ornamentis quoque pretioſis locupletato. Item ex coctilibus fictilibuſque vaſis ad luxuriem quandoque pictis, tegulis, plinthis ex argilla cretave; tum ex ligno, ligneiſque arcellis, vitreis etiamnum vaſculis, & criſtallinis, aliiſque ejus operis. Sed quoniam a ſuperbia Gentilium procul nimis primores Chriſtiani recedebant, & ſumptuoſa quaeque, praeter eleemoſynas, facere recuſabant; religionem cuſtodiendi corporis admiſerunt quidem, ſed humilitate conjunctam. Quare vix ab initio humilem aediculam Sanctis erexerunt, Viroſque Conſulares marmoreis elaboratiſque, ut aetas ferebat, excipiebant ſarcophagis, caeteros arenariis inferentes, coemeteriiſque circum eaſdem aediculas prae-

 ſti-

domus deponerentur, tunc altera ſimilis ad tumulum efferebatur. *V.* Edmundum Frigelium *de Statuis inluſtrium Romanorum* cap. 11. & cap. 14. ubi de mixtura metallorum, quibus colores duraturos Magiſtri Artifices inducere conabantur.

An vero Chriſtiani uſque ad Seculum VII. protraxerint Statuis Sanctorum uti, ii videbunt quibus Deus haec otia fecit. Eruditus ſane Jo. Lamius in diſcurſu de ſacris Imaginibus id probare contendit *n.* 28 & 29. *V.* Ephemerid. Litterar. Florent. an. 1766. 67. Anſaldius vero neque imagines extantes, neque Statuas Sanctorum Eccleſiam Graecam habuiſſe, luculenter probat in Opere: *De ſacro & publico apud Ethnicos pictarum tabularum cultu adverſus recentiores Graecos*.

ſtitutis. Poſtea vero, non equidem Gentilium more ſed Chriſtiana pietate affecti, non ſolum hypogea, ſepulcreta, tumulos, concamerationes ſubterraneas effecerunt, ſed & Mauſolea, Sarcophagos, arcaſque, quarum ex marmore aut lapide Gualvaneus de la Flamma in hac ſola Urbe ſaltem ad bis mille *numeravit* Chron. extravag. MS. cap. 93. *unaquaeque* valoris xx. nihil minus marcharum argenti. *Atque id ſane praeter picturas in circuitu, teſſellata opera, ſtatuas, anaglypha, & hujuſmodi, quae ad ornamentum loci praeſtabantur; imo praeter Sacella, ac etiam Templa quae erigebantur, & dotabantur, & in quibus locarentur. Hinc tantus Miſſarum numerus, eleemoſynarum, aliorumque piorum operum, de quibus aliquid jam attigimus, neque late unquam diſputare decrevimus. Tum circa Sepulcra, quae in uſu ſunt, & Coemeteria facta jam, aut facienda, ſatis edocemur a praehabitis D. Caroli Inſtitutionibus. De Templis vero, Mauſoleis, Sarcophagis, arciſque, aut Sanctis, aut Magnatibus ſive ruditer antiquitus, ſive poſtea elegantius pretioſiuſque effectis, ecquid ego dicam, dum aliquorum, quae ſunt in hac Baſilica & alibi, formam quicunque intuetur? Latius ergo de ornamentis ſepulcralibus agam, ac primo de ſimplicioribus typiciſque quarti & quinti Seculi, tum de poſterioribus.*

XX. *Inter vetera ornamenta recenſeo Inſcriptiones & Symbola ſive lapidibus inciſa, ſive in calce loculorum graphio, aut circum muſivis, picturiſve efficta.*

In-

Inſcriptiones Chriſtianae, quantumvis breves [42], *notabant plerumque Defuncti dignitatem aut ſtatum: aetatem per annos, menſes, dies & horas: diem depoſitionis, ideſt Sepulturae, ejuſque annum ex Indictione & Conſulatu* [43]. *Quod quidem, quum habeatur, non leve ingerit faſtidium ſi ex Marmorarii aut Deſcriptoris vitio non reſpondeat ad amuſſim Indictio Conſulibus, qui quandoque etiam ex Suffectis minus cognitis recenſentur. Stylus Inſcriptionum ſimplex: interpunctio, phraſes, verba, ut plurimum corrupta, trunca, confuſa, barbariemque olentia: nonnulla graecis mixta ſeu verbis, ſeu literis, ſeu numeris: characteres male picti & diſtributi, iidemque in eodem lapide diſſimiles, & quandoque minio illiti: quae demum carmine exarata ſunt, quorum multa Ambroſii, Damaſi, Paulini, & Ennodii, hiſce vitiis minus ſubjacent, niſi marmor, uti plerumque, ſit acephalum, aut mutilum, corroſumve. Caeterum alia quoque ſunt nitoris*

 plena

[42] Inſcriptio, juxta Platonem, quatuor verſiculorum numerum excedere non debet, ut tranſiens Viator facile perlegat. Verum hoc ab eo dictum praeclare, ſed ſuae ſecundum inſtituta Civitatis. Nam aliter factitatum a Graecis ſuis, tum etiam a Latinis Noſtris, Barbariſque videmus. Frequentius oratione ſoluta, quam verſu, Epitaphia. Graeci tamen & ii antiquiſſimi niſi verſu Sepulcris Inſcriptiones adhibebant, & elego plerumque carmine, quod & alii praeſtiterunt.

[43] Annus etiam ex monetis, vel intra vel extra loculos in calce affictis, eruitur, de quibus Richterus *Diſput. Hiſt. de Nummis Sepulcralibus*. Vitembergae per Meyerum 1709. *in* 4. Sed latius, atque ad meliorem fidem Bonarrotius, & Boldettus, & quod ſupra narravimus de monetis Conſtantii. Hoc ipſum recentiori tempore uſitatum obſervavi in Urna SS. Victoris & Coronae MM., in qua Nummum parvum inveni Jo. Vicecomitis Archiep., qui fortaſſe eorum reliquias in hac noſtra S. Euſtorgii Baſilica recognovit. An ne idem dicam de translatione Corporum SS. Magorum, quod ex antiqua traditione ſervaretur in Sacrario hujus Eccleſiae nummus aureus Zenonis Imperatoris cum ipſis fortaſſe ab Oriente advectus ?

plena & elegantiae. Legitur ex. grat. fecit fatum, *quae phrasis visa fortasse alicui obscura saltem, aut minus sancta. Sed eam optime vindicat exemplo puriorum Scriptorum Victorius in Dissert. Philolog.* pag. 7. seqq. [44]. *Verbum* requiescit *raro a Gentilibus in monumentis adhibitum: frequentissime a Christianis, qui Mortuos dormire dicebant, eisque usitata formula precabantur somnum pacis. Quamquam in pace constitutos ita credebant, ut pace Christi ultimum diem obiisse in ipsis Inscriptionibus affirmarent. De qua dormitione idem Victorius fuse* Dissert. *de septem Dormientibus* pag. 28. seqq.: *tum de vocibus* domus aeternae *sive* aeternalis *pag.* 43. & depositionis *in laudata Dissert. Philolog.* pag. 40. seqq. *In iisdem Christianorum*

(44] Quid vero Ethnici suis in tenebris viventes *Fati* vocabulo intelligerent, explanat Manutius in Comment. ad Epist. Famil. Ciceron. *lib.* 4. *Ep.* 12. *pag.* 174. mortis caussas in duo genera dividens; *aut enim*, inquit ipse, *intus oriuntur, aut extra: intus vel natura, vel fato: extra, vel vi, vel casu. Natura moriuntur, quibus in Senectute animam e corpore, quasi sua manu, natura molliter educit, quod accidit quum vitalis calor paulatim extinguitur. Fato, qui morbo aliquo, ante illam diem, quo per ipsam naturam pervenire licuisset, vitam amittunt.* Ideoque in Catone majori, sive de Senectute idem Cicero scribit: *Vitam Adolescentibus vis aufert, senibus maturitas.* Haec enim vis, *Fati* nomine dicebatur. Inquit item Philippica I. in Marcum Antonium: *præter Naturam, praeterque Fatum* &c., & Virgilius de Didone agens *lib.* 4 *vers.* 696.: *Nam quia nec Fato, merita nec morte peribat.* Quare Liberis immature extinctis, non solum Ethnici, sed etiam Christiani scribebant in titulo: *contra votum*. Si enim longius vixissent, aut illi Parentibus & Patriae, aut isti diutius eisdem, & amplius Deo servire potuissent. Sed qui *Fato* majore, seu inopinata & repentina morte obiisset, is non modo formula *contra votum*, sed singulari, ait Guascus, asciae signo designabatur, Sepulcro nempe sub ea asciae figura Libitinae dedicato, cujus ferro infelices vitae dies praecidisset. Haec ejus nobilissimi Viri sententia pluribus confirmata proponitur *Riti funebri di Roma pagana* pag. 103., discussis primum opinionibus Aldi Manutii, Fabretti ac Mazzocchii, Maffei & Gruteri, Pierii Valeriani, Vallonaisii, a Turre, & Mabillonii, & Muratorii. Adi Plutarchum in Quaestionibus Romanis, seu in Tractatu de caussis, ubi Venerem ait apud Quirites unam eandemque Deam esse, & ortibus & interitibus praesidentem: Delphis quoque Venerem Sepulcralem, quam Epitymbiam dicunt, esse imaguncula, ad quam evocant eorum Manes, quibus libant.

rum Epitaphiis ſaepe mentio habetur loci biſomi & triſomi, qua de re Jacutius diligentiſſime in ſecunda Exercitatione Philologica ad Epitaphium Bonuſae & Mennae, *in qua etiam de anathematis, quibus utebantur ne quis alium tumulo inferret Mortuum, aut ſepultum violaret. Ubi advertendum aliam eſſe* biſomi ac triſomi *ſignificationem, nempe loci qui non eſſet niſi duorum aut trium cadaverum, quae quidem juxta Concilium Altiſiodorenſe* cap. 15. *non invicem ſuperimponebantur, ſed ſupina quaeque, & facie ad Caelum verſa, unum pone alterum conlocabantur; aliam* bimi ac trimi, *quibus vocibus Baptiſmum atque Confirmationem Defunctum percepiſſe indicabant, uti legitur in Epitaphio Mauri relato in Ephemerid. Florentin. anni* 1765. pag. 148.: Depoſitus Puer Maurus annorum quinque menſorum tres nons Auguſtus bimus trimus conſecutus eſt *ſubintellige* gratiam Baptiſmi. *Verum de ſenſu phraſibuſque titulorum Chriſtianorum ampliſſima Diſſertatio eſſet, neque injucunda, ſi ea ſolum perſequi vellemus quae Boldettus collegit. Illud heic notaſſe ſufficiat, phraſes aliquando, atque etiam nonnulla ad hos tumulos ornamenta haberi quidem a Gentilibus deſumta, quae alio tamen ſenſu ac vere Chriſtiano intelligebantur, expurgata nimirum, & Religionis uſu conſecrata. Quod ſi aliquid adhuc occurrat, quod omnino pie explicari non poſſe videatur, oportet, ait Baronius* A. C. 58., *meminiſſe quam difficile fuerit ab inolitis conſuetudinibus Gentiles, quamvis Chriſtianos effectos, penitus divellere, quibus*

tunc,

tunc, *ſequitur Mabillonius* Ep. SS. Ignot. *pag.* 23., *cruda quorundam in cordibus Chriſtiana Religio*, *aliquid de Paganici ritus ſuperſtitione retinebat*. *Caeterum in veteribus ſeculorum monumentis ſingulares quaedam ſunt Chriſtianorum formulae*: In Pace: Depoſitus: In Saeculo: Deceſſit: Dormit: Receſſit: Requieſcit *addito*, *ſive non*, *quod ſemper ſubintelligitur*, In Pace: Bonae Memoriae: Vivas: Vive in Deo: In Chriſto: In ſomno Pacis, *& hujuſmodi*, *praeter alias expreſſiones a Boldetto in Indice collectas* pag. 782.

XXI. *Ornamenta veterum ſimpliciora*: *Palmae*, *& Monogrammata Jeſu Chriſti*. *De Monogrammate Chriſti*, *antiquiſſima & propria Fidelium teſſera*, *jam dictum eſt in Opuſculo*, *quod pridem edidi hoc ipſo anno*. *De palmis longe inter Eruditos diſputatum eſt*. *Boſius*, *Ciampinius*, *Arringhius*, *& Boldettus ſignum martyrii eas eſſe voluerunt*: *Scacchius*, *Papebrochius*, *Fabrettus*, *Mabillonius*, *ac denique Muratorius* Diſſert. Med. Aevi 58. *negarunt*, *niſi cum vaſe ſanguinis in loculo reperiantur*. *Immortalitatem & Victoriae praemium eas deſignare*, *Juſtoſque ut palmam floruiſſe concedunt omnes*. *Sed videndum an ſemper palmae ſint folioſi ii ramuſculi*, *qui ad Chriſtianos praecipue Coemeteriorum tumulos viſuntur*. *Mabillonius enim cupreſſi funebris frondes eos eſſe opinabatur*, *ac maxime qui ab una tantum parte foliis veſtiuntur*: *Alii olivarum*; *utrique tamen arbores perpetua viriditate gaudentes Juſtorum figuram exprimunt teſte S. Ambroſio*

in

in Psalmum 108. *Quare Muratorius* Differt. 58. *palmam contendit esse augurium perpetuae foelicitatis ac si diceretur* Vivas in Deo, in Christo, in aeternum; *atque ideo palmam, cupressum, & olivam ad resurrectionem spectare, sicut & pinum, de qua S. Paulinus* Natal. *XIII.*: Haec igitur typus est aeterni corporis arbor. *Quod si alia sine frondibus virgulta sint, vocibusque folia aut corda intercludantur, virgulas quidem esse sensus divisivas cum Papebrochio confitebor, sive ornamenti, sive affectus gratia positas; nunquam tamen negavero hujusmodi surculos, & praesertim circa Epitaphium conlocatos, symbolum esse resurrectionis. Ita visum Patribus, quos inter Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi* 18. *ait:* Tunc vero arbor excisa rursus floret; homo autem excisus non florebit? Et surculi vitium, aliarumque arborum excisi, & transplantati reviresсunt, & fructificant; homo vero, propter quem & illa sunt, cadens in terram non excitabitur?

XXII. *De aliis modo Symbolis agendum esset hieroglyphicisque omnibus, quae ad Sepulcra Veteres apponebant, ut eorum fides, sive aliqua singularis virtus Defuncti appareret. Verum quum haec permagna rerum copia sit, de qua jamdiu agere aliquando constitui, hinc puto sufficere interea posse Tabulas duas, in quarum prima exhibebo praedictorum Monogrammatum, eorumque coronarum varietatem, & in secunda quorundam symbolorum figuras cum adposito cuique lemmate ad aliquam intelligentiam. Ita quippe*

si non

ſi non humanas, quibus ut plurimum praecipua Religionis myſteria, neque ſi ceteras quibus ritus, & praecepta legis & prophetiae edocebantur, alias interim ſimpliciores prodam, quibus maxime ad mores componendos inſtitui ſolebant, & de quibus aliquid etiam, quaſi per excurſum, infra dicendum eſt.

XXIII. *Ab ipſis tamen figuris hominum typicis, quae tumulos exornabant, effigies Defunctorum excludo, & praecipue Martyrum, quorum nonnullae in lapidibus exculptae, aliae coloribus expreſſae; ut nempe ab eorum adſpectu Parentes & Amici recrearentur, & interceſſionem SS. Fideles expoſcerent, & excitarentur ad imitationem virtutis* [45]. *Super quoque tumulum rarius inſtrumenta Martyrum delineata, ſaepius Columbae, atque etiam deſuper pendulae* [46] *in*

[45] Hujuſmodi imagines ſaepe apparent in Sarcophagis anaglypticis, & picturae ſunt ad Sepulcra Martyrum, per quas eorum martyrium repraeſentabatur. En quomodo effigiem S. Hippolyti ejuſque paſſionem, quam pictam ad ejus tumulum viderat, graphice deſcribit Prudentius *Hymn.* 11.

Picta ſuper tumulum ſpecies liquidis viget umbris,
Effigians tracti membra cruenta Viri.
Rotantes ſaxorum apices vidi, optime Papa,
Purpureaſque notas vepribus impoſitas.
Docta manus virideis imitando effingere dumos
Luſerat, & minio ruſſeolam ſaniem.
Cernere erat, ruptis compagibus, ordine nullo
Membra per incertos ſparſa jacere ſitus.
Addiderat choros greſſu lacrymiſque ſequentes,
Devia qua fractum ſemita monſtrat iter.
Moerore attoniti, atque oculis rimantibus ibant,
Implebantque ſinus viſceribus laceris.
Ille caput niveum complectitur, ac reverendam
Canitiem molli confovet in gremio.
Hic humeros, truncaſque manus, & brachia, & ulnas,
Et genua, & crurum fragmina nuda legit.
Palliolis etiam bibulae ſiccantur arenae,
Ne quis in infecto pulvere ros maneat.
Si quis & in ſudibus recalenti adſpergine ſanguis
Inſidet, hunc omnem ſpongia preſſa rapit.

Pingi autem ſolitas fuiſſe venerandas imagines oſtendit Baronius T. 1. *Annal.* & P. Faber 2. *Agoniſt.* cap. 21.

[46] Tripliciter ait, probatque Mabillonius *Liturg. Gallic.* lib. 1. cap. 9. Columbas appendi conſueviſſe: Alias Baptiſteriis ad figuram ſeu myſterium: alias Altaribus ad ornatum: alias repoſitorio, ſcilicet ad aſſervandum Corpus Chriſti. Aliae etiam, ſubdit, ad reponendas reliquias factae ſunt, ſed rarae, nec ſemper appenſae, nec temporum antiquiorum. *V.* Munchium *de Columbis in Eccl. Graeca & Latina uſitatis*. Hemlſtadii 1711. in 8.

in ſignum innocentiae & Spiritus S., *qui ſua eis dona infudiſſet*. *In his quoque Euchariſtia*, *quam Defunctis aliquoties datam legimus* [47] *ſive ut cibo fortium paſti aeternum iter promptius facerent*, *ſive ut Gentilium ſuperſtitio ita convelleretur*, *qua ſolebant afferre cibos Mortuis*. *Columbam ſane Longobardi quoque nobiles adhibuerunt*. *Ubi cadaver ibi contus*, *in cujus ſummitate Columba*, *quae locum mortis reſpiceret* [48]. *Hinc fortaſſe nomen S. Mariae in Pertica Eccleſiae Ticinenſi Carmelitarum*, *ubi magnum Oſſuarium*. *Porro Columbas ad Martyrum Sepulcra ſtetiſſe*, *aureaſque*, *docet Gregorius Turonenſis* lib. 1. *de Gloria Martyrum* cap. 72. *narrans*, *quod fur quidam in Eccleſia S. Dioniſii* ſuper Sepulcrum ſanctum calcare non metuens, dum columbam auream lancea quaerit elidere, elapſis pedibus ab utraque parte, quia turritus erat tumulus ..... lancea in latere defixa exanimis eſt inventus. *Tum lucernas Columbarum ſigno notatas multi poſt Licetum Scriptores exhibent*, *aliaſque plurimas*, *uti cereos*, *ſuſcepti fortaſſe vel ſoluti voti cauſſa oblatas*. *Quarum quidem aliae ad Sepulcra Amicorum*, *Divorumque accendebantur*, *jugiterque datis etiam reditibus ardebant* ad ſignifican-

g dum,

[47] Ita quidem a ſuperſtitioſis quibuſdam & ignorantibus falſo pietatis, imo religionis zelo ductis. Quapropter Concilium Africanum, quod dicitur III., anno 397. celebratum, & Autiſiodorenſe anno 578. id rigidiſſime vetuerunt, referentibus in Breviario Canonum Fulgentio Ferrando *can.* 227., & Criſconio *can.* 247.

[48] Teſtis eſt Wanefridus *lib.* 5. *cap.* 34. *Si quis ſuorum aut in bello*, *aut quomodocumque extinctus fuiſſet*, *conſanguinei ſui intra Sepulcra ſua perticam figebant*, *in cujus ſummitate Columbam ex ligno factam ponebant*, *quae illuc verſa eſſet*, *ubi eorum dilectus obiiſſet*.

dum, *inquit Hieronymus contra Vigilantium*, lumine fidei illuſtratos Sanctos deceſſiſſe, & modo in ſuprema Patria lumine gloriae ſplendere. *Sed & aliis, quae frequentiſſimae in Coemeteriis reperiuntur, utebantur Chriſtifideles ad eorundem cuniculos diu noctuque illuſtrandos, aediculaſque Sanctorum diebus praecipue feſtis illuminandas. Quod ſi aliquando concilium Illiberitanum, anno* 300. *coactum, haec per diem luminaria in Coemeteriis prohibuiſſe legimus* ne *ſcilicet* inquietarentur Sanctorum Spiritus, *hoc ſane decretum Ferdinandus Mendoza* lib. 3. *fieri potuiſſe autumat contra Simoniacos, qui errore gentium imbuti ita per diem, ut moris erat, evocare animas putabant ad futurarum rerum praenotionem; quod in Epiſtolis Siculis, Romae editis, abunde me oſtendiſſe confido* [49].

XXIV. *Plura heic dici poſſent de rebus ex voto*

[49] Aliae hujus decreti rationes excogitatae ſunt. Una ab eodem doctiſſimo Mendoza: ne ſcilicet lucentibus cereis Gentes ad Martyrum Sepulcra convenientes ſacras exuvias deperirent, Clericoſque aſſidentes traherent ad exitium. Altera a Loayſa: ne Fideles, qui Sanctorum nomine appellantur, accedentes orationis cauſſa ad Coemeteria, ſeu quod idem eſt ad Eccleſias, inquietentur frequentia & cura immodica cereorum ardentium. Ita in Notis ad idem Concilium quod luci donavit. Carantia autem *in Summa Concil.* ad hunc Canonem 34. intelligendum eſſe putavit *de Neophitis, qui more Gentilium lucernas publice accendebant, non vero de iis qui ad cultum & gloriam Dei Lucernas & cereos publice accendunt*, de quibus Hieronymus contra Vigilantium ubi ait: *Videmus introductum in Eccleſias, Sole adhuc fulgente, moles cereorum accendi, & ubicumque pulviſculum neſcio quod, in modico vaſculo linteamine circumdatum, oſculantes adorare*. Quomodo revera non inquietarentur Sanctorum ſpiritus, ſi paganicus eorum reditus ad Sepulcra ab ipſis Fidelibus celebraretur? Quamobrem admittam eundem reditum aliquos ſenſiſſe Cathecumenos, nunquam ſane venerandos doctrina & fide Concilii Patres, quos eis quodammodo pares in hac re facere viſus eſt Eugenius Guaſcus *Riti funebri di Roma pagana* pag. 2. not. *d*.

voto aut ex amicitia appenſis alicui Chriſtianorum ac praecipue Martyrum Sepulcro; tum de variis multiſque rebus aliis, quae in Sepulcris iiſdem obſervantur. Verum haec omittere placuit, quae ad ritum potius, quam ad inquiſitionem, quam ſuſcepi, pertinere viſa ſunt, quaeque non propria ornamenta Sepulcri dicerentur. Quod ſane de floribus, coroniſque dici nequaquam poſſe arbitror. Nam etſi flores, eorumque ſerta in natalibus Sanctorum ex laetitia & cultu ad mobilem ornatum tumuli adhiberentur [50], *nihil impedit quin ad lapides etiam privatos, purgata ſemper Gentilium ſuperſtitione, ea transferrent, inſculperentque. Aliquos hujuſmodi Titulos offendas apud eorum Collectores, plureſque adeſſent ſi Signa quoque Inſcriptionibus adjuncta continuo exſcripſiſſent. Folia nonnulla habet diligens Boldettus ad ſignificandam humanae conditionis fragilitatem. Atque eo fortaſſis tempore, quo frondes cadunt ex arboribus, homo tumulatus potuit obiiſſe. Sed veteris conſuetudinis ſpargendi frondes circa Defunctorum Chriſtifidelium tumulos meminit Prudentius* Hymn. *in Exequiis Defunctorum:*

> Nos tecta fovebimus oſſa
> Violis & Fronde frequenti,

 Ti-

[50] Teſte Venantio Fortunato *lib.* 8. *carm* 9. ad Radegundem

> *Texiſtis variis altaria feſta coronis,*
> *Pingitur ut filis floribus ara novis.*

& Hieronymo, qui in Epitaphio Nepotiani eundem laudat, quod Baſilicas Eccleſiae & Martyrum Conciliabula diverſis floribus, & arborum comis, vitiumque pampinis adumbraret.

Titulumque & frigida ſaxa
Liquido ſpargemus odore.

XXV. *Item coronae, praeter eas quae Chriſti Monogramma circumambiunt, variae extant in marmoribus cupreſſinae, pineae, myrteae, oleaginae, vitineaeque, ex iis nempe plantis, quarum etiam ramos adhibuere Majores noſtri, de quibus aliquid ſupra dictum eſt. Quum enim, juxta Tertullianum, nihil in Eccleſia Dei myſterio vacaret, etiam plantas quidquam expreſſiſſe credimus, opus ſcilicet earum corona dignum. Quid ni, ſi cypariſſus fugiendas deteſtataſque Veneres, cujus Numini dicabatur, adumbret?, pinus elevationem mentis in Deum; myrtus humilitatem ſanctamque mortis cogitationem; olea pacem atque innocentiam; vitiſque cum Ambroſio Hexaemeron* cap. 12. n. 52. *maturitatem prudentiae, ſplendorem fidei, confeſſionis decorem, juſtitiae pulchritudinem, & ubertatem miſericordiae. Harum quaeque virtus, in qua quis excelluit, coronari oportebat; & ſi has, aliaſque ſimul cunctas praemio dignas exiſtimarent, laureo ſive palmeo ſerto deſignatas puto; laurus quippe, & palma omnis certaminis eſt corona, & victoriae monimentum. Sed & civicam, nempe quernam* [51], *in effigie Sancti Laurentii poſitam habemus a Prudentio* Stroph. 139., *& turritam S. Pudentianae apud Ciampinium* Moniment. T. 1. cap. 3., *qui*

[51] *Civica Corona fit e fronde querna, etiam ex ilice, quod genus ſuperiori proximum eſt.* Gell. lib. 5. cap. 6.

qui eam ait positam in signum fortitudinis, qua enituit, dum Mundi delicias, Daemonis astus, ac propriae carnis illicia stimulosque subegit, qua jejuniis ceterisque poenitentiae rigidioribus armis, qua perpete maximaque cura virginitatem servandi, ut indicat accensa Lampas quam sinistra tenet. Advertendum autem est tripliciter in Monumentis serta haberi, quae distinctam mihi videtur praetulisse significationem. Alia, quae ab alto descendunt, manu quadam nempe a Deo in praemium fortitudinis exhibita atque concessa: alia quae nomen Dei, vel inclusam Crucem exornant, ut non nisi per confessionem nominis Christi, ejusque poenarum imitationem Fideles ab ipso Deo coronarentur: alia denique in Titulis solitaria, quibus puto Amicos coronam vitae ei qui decesserat ominatos, tum ei qui adspiceret, si recte viveret, praeparatam. Quod postremum bene satisque exprimit vas, quod saepe visitur, nempe corpus humanum, si in eo anima, quasi planta virtutibus sata flores fructusque dederit vitae aeternae.

XXVI. *Inter multa, quorum pauca attigimus Christianorum symbola, ne jejunam omnino partem hanc dimitteremus, non extremum sane obtinent locum ea Sepulcrorum ornamenta, quae a Gentilibus mutuabantur, quaeque in lapidibus quidem infrequenter, at in mausoleis maxime occurrunt. Triplicis autem solent esse generis. Quaedam ad unicum ornatum architecturae reducuntur: alia sunt indifferentis intelligentiae: reliqua superstitioni apud Ethnicos serviebant, apud*

Chri-

Chriſtianos religioni. Ornamenta primi generis Hermes, Caryatides, Sphinges, Sirenae, Equi, Boves marini, Monocerotes, Leones, Tigres, Pardi, capita Arietum & Cervorum, Agni, Piſces, Aves, Fauni, Satyri, Monſtra, & perſonae Oraculorum, Gorgonum, Meduſae, & his ſimilia. Secundi generis ſunt ex. grat. *aquarum ſymbola, quae apparent in Sarcophagis Chriſtianis Coemeterii Vaticani apud Boſium* lib. 1. cap. 8., *& apud Arringhium* T. 1. p. 305. *& 309., in quibus Figurae quaedam humanae velum tenent utraque manu deſuper caput expanſum volitanſque, quod a Majoribus noſtris, potiuſquam de humana ex aquis generatione perridicule a Philoſophis adinventa, intelligi potuit de diviſione a Deo facta aquarum firmamenti ab his quae ſub eo ſunt. Tum quatuor anni tempeſtates a quatuor Juvenibus ſive Geniis typicis expreſſae in altero Monumento, quod affert Arringhius* T. 2. lib. 6. cap. 30. *Patres enim in iis repraeſentari voluerunt viciſſitudines humanae vitae, neceſſitatem moriendi, & reſurrectionem corporum. Alterius indolis ea ſunt, quae viſuntur in Aula Monaſterii Romani S. Agnetis M., quaeque in facie marmorei ejuſdem Sarcophagi effinguntur. Eſſe ſymbola martyrii credas, ait Marangonius* delle Coſe gentileſche &c. *ab Amicis Parentibuſque* facta, *quae ab Eccleſiae Magiſtris probarentur. Ecquid vero Idola Ethnicorum ab Artificibus Chriſtianis eodem modo quo ab illis inſculpta, ut ab his ex conſuetudine quidem, ſed novo ſenſu inſtructa dignoſcerentur, illos*

vero

vero primo aſpectu innocenter fallerent? Hercules ex. grat., *cujus geſta e Scripturis Phoenices hauſerant, Graeci deformaverant, & Romani vitiata ebiberunt, cur non a Chriſtianis ad Samſonem referendus, quem ſacra refert hiſtoria Hebraeorum, atque in eo typice geſta Chriſti Domini, qui Leones Gentium doctrina vicit edomuitque? Inter figuras ſane eburneas, quae ligneam Sancti Petri cathedram circum exornant, Hercules cum clava, ſive Samſon habetur figura Petri, qui fide Chriſti monſtra Idololatriae confregit* [52]. *Alias habemus imagines, & maxime Herculis ſimulacra ad ornatum noſtrorum Sepulcrorum, tum Minervae, Apollinis, Aeſculapii, Dianae, & hujuſmodi veterum Divinitatum, quas modo quiſque intelligit, nullo habito idoli reſpectu, poſitas ad exprimendam hominis fortitudinem, doctrinam, poeſim, medicinam, pudicitiam. Habemus item Aves, Quadrupedes, Serpentes, Monſtra, Plantas &c. quae vitia vel virtutes indicant. Porro Orpheus, qui etiam in Coemeteriis aliquando reperitur, nunquam a Gentilibus habitus Deus eſt, quamvis juxta Auguſti-*

---

[52] *V.* Febeum in Opuſculo de identitate Cathedrae S. Petri, ubi ab ea, quae lignea eſt, optime ſecernit, explicatque ornamenta ejus eburnea. Quare non video, cur niſi incaute doctiſſimus piiſſimuſque Flaminius Cornelius T. XIII. de Eccleſiis Venetis eam dixerit marmoream, illiſque coaevam fecerit, quas ibidem affert *p.* 194. S. Petri, & S. Marci Venetiis aſſervatas, arabiciſque literis inſcriptas, Seculoque VIII. egregie aſſignatas. Is enim clariſſimus Vir tanta eſt eruditione praeditus, ut certo affirmandum ſit non Latuiſſe illum quot Cathedrae in Romanis Coemereriis, atque etiam marmoreae, repertae ſint, quas inter celeberrima S. Stephani Pontif. & Martyris Piſas e Coemeterio Lucinae translata a Coſimo III. magno Etruriae Duce anno 1700. Sed longo in opere fas eſt obrepere ſomnum, & quandoque bonus dormitat Homerus.

stinum de Civit. Dei lib. 14. cap. 18. *Deos coluerit. Sed magnum esse habitumque fuisse Christi Symbolum tradit Eusebius in Laudibus Constantini; sono quippe admirabili caelestis suae doctrinae Christus ferocia Gentium corda delinivit, easque per omnem terram attraxit, sibique devinxit. Denique Genii, quorum usus frequentior ad omnia tumulorum genera, falso a quibusdam Dii & ipsi reputantur. Moestos ubique videas, tristes, collacrymantes, actu etiam lugubri positos inversam facem aut clavam tenentes, aut arma, aut titulum, aut corymbos, ut exprimant dolorem ab Amicis Parentibusque Defuncti conceptum, cujus virtutes designent laudent coronent. Nos quidem Geniis substituimus Angelos, qui corpore semper juvenili & formoso designant immortalitatem, alis promptitudinem ad jussa Dei facienda, vestimento, si habeant, albo puritatem, nudis pedibus oculisque ad caelum conversis nihil terreni habere & esse Dei comprehensores, monilibusque pretiosis ornatos gratiis donisque spiritualibus abundare. Sed nudos plerumque omnino esse non decet. Veteres sane Christifideles, & hucusque Orientales eos amiciebant aut dalmatica stolaque, aut alia longa veste, vel saltem indusio. Seculo etiam XVI. pudori cautum subucula, eaque translucida, ita tamen ut ars pictoris aut marmorarii appareret in nudo, flexurisque ejus apte dispositis operiretur quod Protoparens noster in corrupto naturae statu abscondi debere cognovit. Scio quidem alios Statuarios, Pictores, Fusoresque nuditatem omnimo-*

dam

dam eodem ſeculo voluiſſe, qua, poſito diverſis actibus conatibuſque Angelo atque etiam bene adulto, anatomice periti dignoſcerentur. Sed & hoc idem video ab aliis in arte Magiſtris ſummo artificio praeſtitum pudiciſſime, qui, veſtem nolentes, faſciis utebantur. Forte etiam alas abjecerunt ob antiqua exempla ejus rei prae oculis habita. Pulchram & hodie inſpexi antiquam tabulam eburneam ditiſſimi lectiſſimique Cimelii, quod ſibi efformavit ex plurima qua pollet eruditione Eques D. Carolus Trivultius, in qua Angelus ſine alis, longa veſte indutus, liliaceam virgam geſtans, Mariam Virginem alloquitur nuncians ei Verbum noſtrae redemptionis. Atque utinam Artifices ingenio ferventes, ut maſculas &, quod pejus eſt, foeminas virtutes exprimerent, nuda periculoſiora in ornandis praecipue tumulis non expoſuiſſent, quae poſtmodum veſtiri aut aliter obtegi debuere. Quare ſemper & maxime in loco ſancto, ubi iſta locantur, attendendum eſt, ut Chriſtiana modeſtia cunctis luceat hominibus [53].

XXVII. *Porro ſicuti acta, uti diximus, ſi quae fuerant* ex. grat. *martyrii, priſcis tumulis depicta ſuperimponebantur, ita imagines Sanctorum quas Defunctus in vita ſingulariter coluit, poſteriori tempore ante vel circa aut ſupra Sepulcrum effingi juſſit, ut etiam poſt mortem interceſſione ſibi prodeſſent. Hinc*

 plu-

[53] *V.* Ajala *Pictor. Chriſtianus* lib. 2. *cap.* 4. *n.* 5. ubi non Angelos majoris adoleſcentiae, imo neque grandiuſculos decennes adprobat effingi diſcoopertos.

plurimae post millesimum in quibusdam Ecclesiis aediculae ad parietes, pilas, columnas, & ubicunque, & cum & sine aris, quae impedimento essent templo Dei, quaeque ob ejus decorem restituendum paulatim ablata sunt. Imo & infimis temporibus appositae hisce locis capsulae ad eleemosynas Parentum Proximorumque excipiendas, convertendasque ego suspicor ad Defunctorum ibidem quiescentium suffragia, quarum capsularum & imaginum ita constitutarum nonnullas adhuc video superesse [54]. *Hinc optime a Conciliis Synodisque Provincialibus provisum, est ne quid in Ecclesiis noviter fiat sine Episcopi aut Rectorum earumdem consensu & indulgentia. Quippe si liberum esset cujusque devotioni; quid non sibi vellet faceretque extima aliquando, & agitata imprudentis populi pietas? Atque illud, quod Deo, divinoque corpori Christi, non ne Sanctis potius, iisque in diem mutatis impense deferret? Pronus sane vulgi ad novitates amor, & exinde ad superstitionem, tot tantaque in his rebus egit, ut Thiersio, Muratorio, & Pacciaudio, aliisque materiem voluminum praestiterit.*

XXVIII. *Quamobrem aliud exurgit argumentum providentiae, scilicet impediendi populo Sepulcri acquisitionem, ne inconsiderate agat quae decori Ecclesiae minus convenire reputantur. Nobiles Viri e contra*

[54] Pyxides ad hunc usum constitutas nullus, eorum quos vidi, Scriptor memorat. Bene vero Concilium Illiberitanum *can.* 48. manum vetat mittere in conchas ad lavacrum Baptismi positas; qua de re agit quoque Lairizius in Differt. *de Oblationibus quae fiunt in Ecclesia per sacculum sonantem*. Jenae litteris Mullerianis 1705. in 4.

tra liberaliter educati ſplendorem Domus Dei ex domo etiam propria intelligunt, & amare non nequeunt. Quare quod ab eis plerumque factum eſt, decorem potius auget quam minuit, & Mauſolea bene locata praebent Sacellis magnificentiam. In his pictae tabulae, & pretioſa etiam marmora ſcalpturae, juxta temporum ſeries, picturae & architecturae perfectioris. In his fuſilia vaſa, ſigna, & aera anaglyptica auro etiam adumbrata. In his tandem multa poſteriorum temporum ſymbola, quae ab antiquis derivare videntur, ſed vere liberiora. Aurea quippe illorum ſimplicitas non tantum deeſt arti ſymbolicae recentiori, ſed & in ipſis Inſcriptionibus deſideratur. Iſtae ut plurimum diffuſiores, in quibus non amplius legas veterum Chriſtianorum phraſes titulos & acclamationes pietatem redolentes, ſed dignitates, ſi quae ſint, geſtaque ſecularia, quaſi haec ad claritatem perſonae & generis oſtendendam, non vero ad aliquod impetrandum humiliter ſuffragium facta putes in Eccleſiis monimenta; atque iſta teſſeris gentilitiis diſtincta, phaleriſque plurimis exornata, quae fumoſis Epigrammatis reſpondeant.

XXIX. *Inter haec appoſite vidi aliquando, & legi prophana multa ſacris mixta in ornatu Epitaphiiſque proximorum retro ſeculorum, quae Chriſtianis nequaquam videntur convenire. Bellae ſunt Inſcriptiones Seculi XVI. in quo latina lingua refloruit, ſed ornamenta tumulorum fabuloſis imaginibus redundabant ex aſſidua fortaſſe lectione ethnicorum Operum. Parcius ſequenti ſeculo uſi ſunt homines poetico ornatu,*

 lar-

largius vero figmentitiis falsisque conceptibus. Atque infirma hujus aevi delineatio, levis latinitas, sacraque majestas Inscriptionum puerilibus nugis obtenebrata. Horum aliquod exemplum afferre supervacaneum est. Tituli enim hujus generis se produnt ubique plurimi. Alterius autem aevi sufficit unus Sannazarii, Regionum istarum oriundi Titulus, quem ideo referam quia a multis varie leviterque adducitur. Ad ejus ergo marmoreum tumulum, bonis architecturae optimisque sculpturae legibus factum, visitur in summitate effigies Poetae laureati, cui adstant Genii bini, & infra Apollinis & Minervae simulacra, in quorum medio anaglyphum cum Neptuno, ad cujus pedes Parthenope, Nymphis, circum Satyrisque ludentibus, retibus etiam hinc inde sparsis fistulisque, longeque cymbula, ac supra D. O. M. Inferius legitur Epitaphium a Bembo compositum:

De sacro cineri flores: hic ille Maroni
Syncerus Musa proximus, ut tumulo.

Mirum sane, non fuisse ad complementum operis incisum Disthicon illud, quod sibi vivens Actius ipse paraverat, nimirum

Actius heic situs est: Cineres gaudete sepulti:
Jam vaga post cineres Umbra dolore vacat.

Neptunus ergo & Umbra vagans referrentur ad ea, quae Poetae commenti sunt: Elysium nempe, juxta Plutarchum in Q. Sertorio, *situm in Oceano ad Insulam Fortunatam* [55], *in qua beatae animae per* locos

[55] In hac Insula fabulatos a Veteribus campos Elysios multis probat Natalis Comes *Mythologι.*

locos laetos & amoena vireta *vagantur: ad eam nonnisi permissu Neptuni transfretatum, precata ideo Parthenope, & Satyros Nymphasque gaudere. Cur non Tritones etiam adjecti & conchae, quae in mari procreantur, quaeque in monumentis Ethnicorum visuntur, ut significarent ad Elysios Campos Defunctorum migrationem? Sed quae nam ea cum Deo Optimo Maximo Christianorum? Anne Deus Sannazarii Jupiter Paganorum? Quid, si haec a me visa ipse coram conspexisset Erasmus in Villa Synceri Margellina ad Pausylipum, imo in ipso eodem Templo, quod Virgini parturienti & S. Nazario vivens, ut ferunt, nuncupaverat; ecquid, inquam, non ultra dixisset ad ea, quae super Actii poemate de Partu Virginis ferventissima oratione conclusit?* In veris, *inquiens*, in seriis, quodque gravius est, in piis materiis quis ferat ista paganica progymnasmata? *Pridem autem dixerat*. Haud scio utrum sit magis reprehendendum: si Christianus prophana tractet paganice Christianum se esse dissimulans: an si materias Christianas tractet paganice. Siquidem Christi mysteria non solum

lib. 3. *cap.* 19. Sed eam periisse autumant recentes Geographi, neque ei posse substitui Canarias. Ab Antiquis enim illa extra Columnas Herculis ad Meridiem, longius istae ad Orientem vergunt. Quidquid autem sit, Platonicos juxta Figinum *in Dialog.* 10. *Platonis de Republica* propius ad veritatem accessisse, statuentes terrestre in plagis sublimibus terrae, caeleste vero Elysium in Caelo octavo; certum est, Antiquos, ait Averanius *Dissert.* 76. *in Anthilog.*, Mare tanquam Inferos adspexisse; Mare enim via est, quae ducit ad Inferos fabulosos, & quae persaepe ducit ad veram mortem. Quare naulum Graeci, trientem Romani imponebant ori Mortuorum pro trajectione Stygiae paludis, seu lacuum Maris ad locum Beatorum. *V.* Seyffertum Dissert. *de Nummis in ore Defunctorum repertis*. Lipsiae typis Brandeburgerianis 1709. in 8.

lum erudite, verum etiam religiose tractanda sunt... Oportet enim Christianam Orationem (*sive Monumentum*) resipere Christum, sine quo nec suave nec splendidum est quicquam, nec utile nec honestum, nec elegans nec facundum nec eruditum. *Sed ista prophana, uti jam dictum est, Homini ad veterem Poesim assueto, non irreligioni tribuenda, ut quidam injuriose putarunt* [56]. *Fundatio enim ipsius Templi & Poema ei respondens satis hominem produnt verum matris Ecclesiae suae Neapolitanae filium. Porro Monumentum ad ejus Poetica videtur alludere, ac praesertim Anaglyphum; nam etsi juxta Grotium non primus Musas cum piscibus ad mare traxerit, primus sane ad Parthenopeum, ut ait Adissonius in observationibus Itinerum Missonii. Quamobrem male, ut ego puto, apposita fuere Apollinis, & Minervae simulacris nomina* Davidis & Judithae, *unde Mabillonius scripsit in Itinere Italico, non hisce coloribus posse ludi Deum.*

XXX. *Sed non is ego esse volo, qui Censor in hac re puter constitutus. Licet quidem Scriptori judi-*

[56] Secus idem ferme de Vatibus diceretur, clarisque Monumentis Seculi praesertim XVI., in quibus vividiores poeticae imagines assumebantur ad exprimendas Defuncti virtutes, studia, gestaque insigniora, famamque ejus terra marique propagatam, & summam consanguinei, propinqui, aut amici tristitiam. Unum indico apud nos celeberrimi Viri Andreae Alciati marmoreum Titulum, qui apud Exteros minus cognitus Ticini asservatur in S. Epiphanii, elegantissime fabrefactum. Circa ejus simulacrum, sub quo magnus Titulus, Fama dextrorsum visitur, & sinistrorsum Neptuni Tibicines. Sub illa anaglyphum Apollinis cum Musis omnibus, & sub Tritone dolens veluti in morte Patrocli Achilles. Duo hinc inde substant Insignia, aliud gentilitium, & alterum Academiae quam Alciatus Ticini instituerat, nempe Caduceum cum binis Mercurii alis, Serpentibus & Cornucopiis.

judicium de iis quae tractat perhibere. Veruntamen in his rebus suum esto jus Episcopis & Ecclesiae Rectoribus. Librent etiam Inscriptiones Guido Ferrarius, & Jo. Maria Draconus peritissimi apud nos elegantesque earum Scriptores, iidemque parcant si, tot inter alia quibus excellunt eruditionis genera, hoc fortasse licentius attigerim. Eo me perduxit inexhausta haec, de qua agere debui, materies Sepulcrorum. Inscriptio enim est praecipuum tumuli ornamentum, & in ea debet gravitas pietasque Christiana elucere. Item ex ea doctrina temporum. Quare latina sphalmata prioris aevi non tam offendunt quam conciliant venerationem. Componuntur enim cum lingua ruente, necessitate, & simplicitate veterum Christianorum. Reliquus ornatus, qui plerumque abest, augeri minui & in utramque partem sensus ejusdem trahi potest, nisi adeo comperta quaedam sint, ut candorem religiosae interpretationis excludant. Hujusmodi sane non erant prisca ornamenta lapidum Christianorum, quorum aliqua attigimus, & nonnulla in sequenti tabula exhibemus, quaeque Patrum consensu feliciter explicantur. Utinam illa morum integritas & innocentia ad nos usque pervenisset! Vigeret adhuc ornandi inscribendique tumulos non fucata religio, non luxus immoderatio. Sepelirentur in Ecclesiis Probiores, qui tanto loco digni aliis exemplo essent imitationis. Neque confusa Laicorum turba quod Sanctum est ita pollueret, ut Concilia & Praesides Ecclesiarum toties debuerint Canones & Decreta producere ad tuendam

Do-

Domus Dei ſanctitatem, & honorem Sacerdotii inſtaurandum. Quid non etiam ſapientia Poteſtatum ſeculi pluries egit, ut vim ſuam Eccleſiae mandata obtinerent? Multa praetereo quae Principes Chriſtiani ad variam Eccleſiarum diſciplinam conformata interdiu ſanxerunt. Hoc unum celebrabo quod MARIA THERESIA Pia Felix Auguſta Archiduci Auſtriae FERDINANDO Filio hujus Provinciae Adminiſtratori edicendum nuper commiſit, id eſt ne communes Tumuli in Eccleſiis impoſterum ſint, atque ut in Coemeteriis ſepeliantur cadavera eorum, quibus non ſit in Eccleſiis jus Sepulcri.

INSCRIPTIONES
SEPULCRALES CHRISTIANAE
SECULO SEPTIMO ANTIQUIORES

In Urbibus Mediolani, Cremonae, Laudae, Ticini, & Comi, earumque agris repertae.

NOMINA CHRISTIANORUM

Quorum Epigrammata recenſentur.

EPITAPHIA

QUAE CONSULATUM, SIVE ANNOS HABENT.

I

Mediolani
in S. Ambroſii
apud Muratorium in Novo Theſauro Inſcripp.
pag. CCCXCVIII. *n.* 4.

A. C. 404.

Eretrius & Antonina.

HIC REQVIESCVNT IN PACE ERETRIVS
ET ANTONINA VIRGINII QVI SIMVL
FECERVNT ANN. XX Ϛ MARITVS VIXIT
ANN. XL ϚIII. ET VXOR VIXIT ANN. XXX ϚII
D. P. IDVS DECEMBRIS HONORIO Ϛ CO

Eretrius & Antonina *Virginii*, ideſt *Conjuges* primo Virgines, qui inſimul vixerunt ann. 26. D. P. *depoſiti*, ideſt ſepulti fuerunt die 13. Decembris, *Sexto* Flavii *Honorii* Auguſti, & Ariſtaeneti *Conſulatu*, nempe anno Chriſti 404. Muratorius *Diſſert.* 58. *pag.* 21. *&* 22. haec habet: „ Ad Annum Chriſti CCCCII. pertinet Inſcriptio haec, ſi notam numeralem Ϛ pro V. interpreteris, uti jam pluries interpretatus fuit Reineſius *Claſs.* 20. *Num. XI.* Inſcription. Antiquarum, & infra *Num.* 61. *&* 165. *&c.* Quam Sententiam ſi amplecteremur, non ex Arabum gente, ut multi putant, arithmetica nota numeri Quinarii, qualis nunc vulgo uſurpatur, ſed ab antiquiſſimis Latinorum ſeculis ad nos veniſſet. Verum a ſcopo aberravit Reineſius. Cardinalis Noriſius, Fabrettus *cap.* 7. *pag* 540. Inſcription. Antiquarum, & Mabillonius de Re Diplomat. *Lib.* 2. *Cap.* 28. & in Supplement. *pag.* 95. variis exemplis oſtendunt, Notam hanc, cui modo eſt figura Ϛ, modo S, ſenarium numerum referre. Id etiam in ſua Diplomatica confirmavit Clariſs. Marchio Scipio Maffejus. A Graecis nempe hanc Notam mutuati ſunt Latini, eſtque illorum Ϛ Sigma, VI. ſignificans. Ac propterea *Honorio VI. Conſule* heic eſt legendum, ita ut Inſcriptio pertineat ad Annum Chriſti CCCCIV., quo is Conſulatum Sextum iniit. Apud eundem Fabrettum *cap. X. num.* 486. occurrit DEPOSITA CANDIDA DIE S IDVVM MAIARVM. Illud S eadem eſſe numeralis nota mihi videtur non ſatis accurate deſcripta. Videndus Hadrianus Relandus in Praefatione ad Faſtos Conſulares, qui animadvertit a gente Arabica ad Nos, ad Arabes vero ex Indis veniſſe Notas numerales, quibus vulgo nunc utimur. Neque id recens inventum. Quippe ſignificavit mihi, dum in vivis erat, Hubertus Benvoglientus Senenſis, antiquitatum venator indefeſſus, ante quinque Secula eaſdem *Cifras* appellatas fuiſſe Indicas a *Leonardo Piſano* in ſua Arithmetica nunquam typis edita, quam domi ſuae ſervabat idem Benvoglientus. Libri titulum accipe: *Incipit Abbacus Leonardi de Domo Filiorum Bonatii Piſani, compoſitus Anno* MCCII. *correptus*

„ *ab eodem Anno* MCCXVIII. Pisani tunc in Orientem mercaturae caussa saepe navi-
„ gabant, atque Arithmeticam a Saracenis sive Arabibus hujus Artis peritissimis di-
„ scebant, teste Willelmo Malmesburiensi *Lib.* 2. *Histor.* Gerbertus Archiepiscopus
„ Remensis, postea Silvester II. Papa Anno Christi DCCCCXCIX., a Saracenis Hispa-
„ nis *Astrologiam*, *Abacum*, *ceterasque Artes didicit*.

II

Apud Laudem Pompejam veterem
in S. Petri
ex Muratorio pag. CDI. *n.* 2.

A. C. 415.
Gallicanus.

B. M.
HIC ETIAM REQVIESCIT
GALLICANVS V. C.
QVI VIXIT IN SECVLO PL. M. AN. LX.
DEP. VI. ID. OCT.
DD. NN. HONORIO X. ET
THEODOSIO V. AVG. COSS

Marmor acephalum ex τὸ HIC ETIAM. Gallicanus Vir Clarissimus fortasse ex familia Gallicanorum, quorum postremus Consul erat cum Symmacho A. C. 330. *Clarissimorum* appellatio latissima est, quae & Uxores & Liberos Senatorum cujuscunque Sexus vel aetatis complectitur. *L. Foeminae D. de Senatoribus*. Obiit aet. an. 60. & depositus fuit die 10. Octobris *Consulibus Dominis Nostris* Flavio *Honorio* Aug. *Decimum*, *& Theodosio Aug. Sextum*, idest An. 415., excidit quippe unitas numeralis ad τὸ V.

III

Valsasinae Ducatus Mediolanensis
in Pago Comabii, *hodie in publica*
Bibliotheca Brixiensi
apud Donatum Supplement. Murator. pag. 196.

A. C. 425.
Flora.

B. M.
HIC REQVIESCIT
IN PACE FLORA
QVAE VIXIT IN SE
CVLO AN PM XXX
CESSIT SVB D XV
KAL. APRILIS POST
CON CASTINI
VC

„ *Castinus*

„ *Castinus* fuit Consul in Occidente, Victor in Oriente. „ Ostendunt (ait Pa-
„ gius in Critic. Baronii ad hunc annum) leges Theodosii hoc anno datae, & ejus
„ solius Consulatu notatae ut saepe monuimus. In Oriente, si Actis publicis unius
„ tantum Consulis mentio fieret, Orientalis memorabatur, & vice versa; quod quum
„ Baronius non animadvertisset, existimavit Castinum e Fastis fuisse expunctum;
„ quum tamen anno sequenti e gratia Theodosii Imp. exciderit. *Donatus ibid.*

In Paschali Laterculo *in fin.* Gennadius *Castinus* cum Flavii praenomine inscribitur: id vero neque ex adlato marmore (quod ad sequentem Laterculi annum pertinet) neque ex Muratoriano *pag.* CDII. *n.* 5. apparet. Flora aet. an. 30. cessit (subintellige *e vita*) die 18. Martii post Consulatum Flavii *Castini* nempe anno sequenti 425. non vero 424. uti Donatus inadvertenter notavit.

IV

Arcisate in agro Mediolanensi.

A. C. 461.

Paulus & Constantius.

✠ B ✠ ✠

HIC REQVIESCIT IN PACE BONAE ME
MORIAE PAVLVS QVI VIXIT IN SAE
CVLO ANNIS PM LXX ET DEPOSI
TVS EST SVB DIE XII KAL.S MAI.S
SEVERINO V. C. CONSVLE
✠ HIC REQVIESCIT IN PACE SCEM CONSTANTIVS
Praesbiter . R QVI VIXIT IN SAECVLO ANNVS PM LXXV
D. SVB D XXV KLS MAIS

Reperta ibidem est haec tabula marmorea inter duas arcas lapideas sub Altari Ecclesiae Collegiatae effossas annó 1747., quum novum extrueretur. Deest ab initio inter duas Cruces litera M ut fiat sensus tituli communis *Bonae Memoriae*, & linea septima P unde legatur *Praesbiter*, cui respondet titulus *Sanctae Memoriae*, plerumque, ut infra videbimus, Episcopis & Praesbiteris attributus. Desideratur quoque Consul in secunda Epigraphe Constantii, qui depositus fuit die 17. Aprilis, geminata ex errore Marmorarii nota numerali X. Anne eodem, qui in prima Epigraphe, *Severino Viro Clarissimo Consule?* Hic sane Flavius *Severinus* Consulatum rexit cum Flavio Dagalaifo anno 461., in quo sepultus est Paulus die 20. Aprilis. Donatus *Supplement. Murátor.* pag. 195. & Sormanus in descriptione MS. Plebis Arcisatensis *cap* 4. habent hunc lapidem minus accurate descriptum, quem in latere Evangelii muro infixum ego vidi die 23. Novembris hujus anni 1772. Atque in eo, praeter alia Donati & Sormani errata, quae omitto, *Constantius* quidem legitur, minime vero cum Sormano *Constantinus*. Arcisate, vel *Arcidiate*, Vicus plebanus est a Varisio, non ut scribit Donatus ab *Aretio*, distans III. M. P.

V

Galliani prope Canturium in agro Mediolanensi exscripsi e pavimento Sanctuarii Basilicae olim Plebanae S. Vincentii Martyris.

A. C. 466.

Maria.

✠ ✠ ✠

HIC REQVIESCET IN
PACE MARIA QVI VIX
IN SECVLO PLVS MINVS
ANNIS XLI
DEPOS SVB DIAE VII IDVS
OCTVBRIS POS CONSSVL
ERMERI ET FL BASELISCI
VVCC CONSVL IND. V

Ab Indictione hujus Epigrammatis eruitur 1.° Occidentales usque in mensem Octobrem hujus anni 466. signasse Consules anni praecedentis. 2.° Consulem Occidentis *Ermerum* sive *Ermoricum* aut *Herminericum* esse apud nos ex more praelatum *Flavio Basilisco* Consuli Orientis. Maria sepulta fuit die 9. Octobris Consulibus Imperii Romani Leone I. Augusto Tertium & Tito Fabio Tatiano, coepta Indictione a die 1. Septembris.



VI

Ticini
ad S. Joannis in Burgo
in fronte Basilicae.

A. C. 471.

Patricius
& Paulus
& Petrus.

ϮΕΝΘΑ ΑΝΑΠΑΥΟΝΤΑΙΟΙΚΑ
ΛΟΚΥΜ·ΠΑΤΡΙΚΙ2Ϗ ΠΑΥΛΟϹ
ΓΝΗϹΙΟΙ ΑΔΕΛΦΟΙ1ΥΙΟΙ ΑΒ
ΒωϹΑ Ϗ ωΜΜΑΡΑωΤΑ Τω
ΟΡωΝ ΑΠΑΜΕωΝ
+
ΕΤΙΠΡΟϹΕΤΕΘΗΟΤΗϹΜΑΚΑ
ΡΙΑϹΜΝΗΜΗϹ ΠΕΤΡΟϹ ΝΗΤΤΙ
ΟϹ3ΕΚΓωΝΟϹΤΟΥΠΡΟΓΕΓΡ4
ΠΑΤΡΙΚΙΟΥΥΙΟϹ ΘΕΟΔω
ΡΟΥ Ϗ ΕΥΦΟΙΜΙΑϹ
ΕΤΕΛ5ΜΗΝΙ ΓΟΡΠΙΕΟΥϹ
ΕΝ ΥΠΑΤ6ΤΔΕϹΠΗΜ7ΛΕωΝΟϹ Τ Δ
Ϗ ΠΡΟΒΙΑΝΟΥ Τ ΛΑΜΠ 8.

1 ΚΑΛΟΙ ΚΑΙ ΥΜΝΗΤΟΙ
2 *Deest Omicron in* ΡΑΤΡΙΚΙΟΣ
3 *forte* ΝΗΠΙΟΣ
4 ΠΡΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΥ
5 ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ
6 ΥΠΑΤΕΙΑ
7 ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΗΜΩΝ
8 ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥ

Pluribus iteratis observationibus misit P. Capsonius ad veram petrae siliceae fidem, quam equidem a me ipso recognitam non praestat Muratorius *pag.* CDXI. *n.* 1., neque Maffejus *Graec. Sigl. Lapid. pag.* 82., neque P. Zacharias *Excurs. Litterar. pag.* 209., qui tamen meliorem aliis edidit interpretationem, & ex eo Donatus in *Supplement. Murator. pag.* 196. Sit igitur harum Epigrapharum, earumque vocum abbreviatarum versio:

Hic requiescunt honesti & celebres Patricius & Paulus germani fratres filii Abbosa & Ommaraota ex finibus Apamensium.
Appositus etiam est fel. mem. Petrus infans Nepos suprascripti Patricii, filius Theodori & Euphemiae. Decessit mense Gorpieo (die) *sexta in Consulatu Dom. N. Leonis IV. & Probiani* (Viri) *clarissimi.*

Addam pauca, ne pluribus offendam doctissimos hujus Inscriptionis Editores, sive in ea exscribenda minus diligentes, sive aliquantulum oscitantes in eadem exponenda etsi eam oculis suis inspexerint. Etiam Alciatus, qui ejus meminit *Dispunct. lib.* 3. *cap.* 4. *Probinum* male legit pro *Probiano*, conjiciens hunc lapidem ad aliquem eorum Grae-

Graecorum pertinere, *qui miſſu Zenonis Imp. cum Theodorico Gotthorum Rege in Italiam venerunt*. Porro animadvertendum, *ignotam adhuc & immemoratam* a Maffejo hanc Inſcriptionem dici anno 1746., quamvis Muratorius eam edidiſſet anno 1739. Caeterum Petrus Theodori & Euphemiae filius obiit die *Sexta menſis Gorpiaei*, nempe, ex Beveregio, Septembris, *Domino noſtro* Flavio *Leone I. Quartum*, & Flavio Anicio *Probiano* Viro *Clariſſimo* Conſulibus.

VII

Laudae Pompejae vet.

in S. Petri

apud Zachariam in Serie Epp. Laudenſ. pag. 96.

A. C. 476.

Titianus.

TITIANVS VATES CHRISTI DOCTRINA PERITVS
EMERITVS MILES CHRISTI DE CRVCE REQVIRENS
MEMBRA SOLO POSVIT . COELI . PERREXIT AD ASTRA
EXCELSVS CONGREGAVIT . OPES . MVNDVSQUE . SACERDOS
BENIGNVS . REXIT . POPVLOS . POST . ANNOS . NVMERO VITAE
LV . QVIEVIT . IN . PACE . KAL . MAII . BASS . ET . ARMATO
VIC . COSS .

S. Titianus Epiſcopus Laudenſis aet. ann. 55. obiit die 1. Maii, ſepultuſque eſt ait Coletus, in vetere Cathedrali S. Petri ibid., ubi Sacrae ejus reliquiae inventae ſunt anno 1640. *Porro*, ſubdit P. Zacharias: *Baſiliſcus & Armatus Viri Clariſſimi Conſules proceſſere anno 476. Quamobrem Titiani obitus non anno juxta Coletum 477., ſed 476. conſignandus erat*. De S. Titiano *V.* Acta SS. Maii *T.* 1. *pag.* 498.

VIII

Cremonae

olim ad S. Laurentii

apud Zachariam in Serie Epp. Cremon. & in Excurſu Litterario

& apud Donatum Supplement. Murator. pag. 196.

A. C. 481.

Atula.

HOC IN LOCO REQVIESCIT BON. MEM. . . . ATVLA
QVI VIXIT ANNOS P. L. MLV. *ſic* ET MIGRAVIT DE HAC
LVCE S. D. XV. KAL. OCTOBRIS PLACIDO V. C. CONSVL

Placidus ſine Collega Conſul in Occidente, ut cenſet Onuphrius. In Marcellino legitur: *Placido ſolo Coſ.* Nempe Atula vixit annis *plus minus* 55. & obiit *ſub die* 17. Septembris Conſule Flavio *Placido Viro Clariſſimo* an. 481.

IX

IX

Garlate in agro Mediolanensi
exscripsi e pavimento Sanctuarii Ecclesiae veteris
olim Plebanae hujus loci, quod hactenus superest in Viridario
DD. Ferrariorum.

A. C. 491.
Anonym.

. . . .
. . . .
. . . .
P SVB D XVIIII KAL FE
BR PC LONGINI BIS
ET FAVSTIN C^s C^s CON
IND XIIII

Die 14. Januarii non adhuc innotescebat populo Garlatensi creatus aut designatus Consul hujus anni 491. Flavius Olybrius Junior. Quare Consules praecedentes adnotantur, nempe *Post Consulatum* Flavii *Longini* in Oriente *Secundum*, & Flavii Avieni *Fausti* Junioris in Occidente C^s C^s *Clarissimorum* Virorum.

X

Comi
exscripsi penes Equitem Patricium D. Fulvium Tridi
Patriae antiquitatis amantissimum.

A. C. 491.
Aventinus.

HIC REQVIESCIT S. M.
AVENTINVS VR PRS
QVI VIXIT IN SECVLO
ANVS P. L. M.^s LXVII
DPS D PRIDI KL FEBRS
IND. XIII. OLEBRIO V C

Hic Aventinus *Praesbiter Venerabilis Sanctaeque Memoriae* depositus fuit die 31. Januarii. Veruntamen Lapidarius unitatem omisit numeralem. Anno etenim 491., in quo fine Collega Consul Flavius *Olybrius* Junior, respondet Indictio XIV.; nisi velimus ab eo tempore Indictionem aliquando desumtam a die 25. Martii, scilicet ab Incarnatione Nativitatem Domini praecedente.

XI

Ticini
in parvo Clauſtro Canonicorum Regularium S. Epiphanii.
Miſit P. Capſonius Ord. Praed. fideliter exſcript.

A. C. 496.
Urſicinus.

HIC IN PACE QVIESCIT
SANCTAE MEMORIAE PRE
SBITER VRSICINVS QUI
VIXIT IN HOC SECVLO
ANNVS PL M XC DP
SVB Ds Xs III KAL. FEBRV
ARIAS PC VIATORIS V. C.

Haec Inſcriptio Urſicini Praesbiteri praepoſita fuit reliquo Epitaphio Nemoriani Diaconi, largiori charactere exarato, de quo infra ad an. 546. Porro die 20. Januarii, in qua depoſitus hic *Sanctae Memoriae* Senex, non adhuc ab Oriente devenerat nuncium electionis Flavii Paulli in Conſulem hujus anni. Quare Conſul praecedens notatur Flavius *Viator Vir Clariſſimus ;* quod idem jam adverti ſupra ad an. 491. *n.* IX. Parvulae s s in penultima linea poſt D. & X. ex venuſtate, aut interpunctionis loco ponebantur.

XII

Mediolani
in S. Simpliciani
apud Muratorium pag. CDXV. *n.* 5.

A. C. 499.
Laurentius.

B. M.
HIC REQVIESCIT IN PACE LAVRENTIVS
QVI VIXIT ANN. PL. M. LXV.
DEPOS. SUB. D. XV. KAL. DECEMB.
ET JO. CON.

Depoſitus fuit Laurentius die 17. Novembr. Fl. *Johanne Gibbo* in Occidente, & Flavio Aſclepio in Oriente Conſulibus. Non enim ad annum praecedentem poteſt haec Inſcriptio pertinere, in quo alter quidem Joannes Conſul ſed Orientis, Conſule Occidentis Decio Paulino.

XIII

Grabedonae agri Comensis
in S. Vincentii
ex Tatti Annalibus.

A. C. 502.

Agnela vel Agnella.

B. M.
HIC REQVIESCET IN PACE
FAMVLA CHRISTI AGNELA QVE
VIXIT IN HOC SECVLO ANN.
PL. M. XXX. DEPOSETA SVB
DIE III. KA APRILIS AVIENO
V. C. IND. X

P. Aloysius Tattus, qui anno *1663.* edidit Sacros Comi Annales, inquit Decade I. *pag.* 512. paucis retro annis, dum Grabedonae templum S. Vincentii restauraretur, hanc & sequentem Inscriptionem Honoriae fuisse detectas. Tumulata est haec Foemina die 30. Martii Consule Occidentis *Viro Clarissimo* Rufio Magno Fausto *Avieno* Juniore. Titulus autem *Famulae*, *Ancillae*, *Servae*, sicut *Famuli*, *Servi Dei*, *Christi*, *JESU Christi*, *Fidelis*, *Devotae Deo*, & similium, quae in veteribus monumentis apparent, titulus inquam eorum erat, qui peculiari studio pietatem & religionem colentes serviebant Deo in castitate, & jejunio, & oratione, & eleemosynis, ac inter eos praesertim illorum, qui speciali Ecclesiae servitio addicebantur. Propriam autem Virginibus Ancillae appellationem conjicere est ex iis omnibus, quae attulit Boldettus *pag.* 466. *seq.*, & Cangius in Glossario V. *Ancilla*.

XIV

Ibidem
apud Eundem.

A. C. 508.

Honoria.

B. M.
HIC REQVIESCET IN PACE
FAMVLA CHRISTI HONORIA
QVE VIXIT IN SECVLO ANN.
PL. M. XX. DEPOSTA DIE VIII.
KAL. IVLIAS VENANTIO
VI. C. IND. I.

Inscriptionem hanc & praecedentem cum aliquo sphalmate dedit Muratorius *pag.* CDXV. *n.* 6. & *pag. seq. n.* 4., atque ad istam addit: *Fuerunt & alii* Venantii *Consulari munere functi. At Indictio prima praesentem annum certo nobis indicat.* Depositio Honoriae contigit anno 508. die 24. Junii Basilio *Venantio* Decio *Viro Clarissimo*, & Flavio Celere Consulibus.

XV

Comi

exscripsi e marmore, a D. Fulvio Tridio asservato, quod extabat Torni ad Lacum Larium in S. Joannis.

A. C. 520.

Anicitianus.

D. M.
HIC REQVIESCIT IN PACE
ANICITIANVS VR PRBS SCAE
COM AECL QVI VIXIT IN HOC
SAECVLO ANN PL M LXVIIII DP
SD VIIII KAL FEBR' RVSTICIO VC
CONSVLE IND. XIII O
I

Anicitianus *Venerabilis Praesbiter Sanctae Comensis Ecclesiae* conditus fuit die 24. Januarii Flavio Vitaliano in Oriente, & apud nos Occidentales *Consule Rusticio Viro Clarissimo* Anno 520.

XVI

A. C. 521.

Ticini

Ennodius.

in Baptisterio S. Michaelis.

ENNODIVS VATIS LVCIS REDITVRVS IN ORT.
HOC POSVIT TVMVLO CORPORIS EXVBIAS
CLARVS PROLE QVIDEM GENEROSIOR IPSE PROP
INQVIS
QVOS FVNCTVS LAVDVM IVSSIT HABERE DIEM
REDDIDIT HOS CAELO VIVACIBVS ILLE FIGVRIS
CVM FECIT FAMAE VIVERE CONLOQVIIS
QVID MIRVM SI MORTE CARET POST BVSTA SVPERS
TIS
QVI CONSANGVINEOS RESTITVIT SVPERIS
QVANTOS ISTE FORET MVNDI CELEBRATOR IN
HORTV
NEC SILET OCCIDVI CARDINIS OCEANVS
SCISMATA CONIVNXIT DVDVM DISCORDIA LEGI
ADQVE FIDEM PETRI REDDEDIT AECCLESIIS
POLLENS AELOQVIO DVCTRINAE NOBILIS ARTE
RESTITVIT CRISTO INNVMEROS POPVLOS
LARGVS VEL SAPIENS DISPENSATVRQ. BENIG
NV
DIVITIAS CREDENS QVAS DEDIT ESSE SVAS
TEMPLA DEO FACIENS YMNIS DECORAVIT ET AVRO
ET PARIES FVNCTI DOGMATA NVNC LOQVITVR
DEPOSITVS SVB D XVI. KAL. AVGVSTAS
VALERIO VC CONSVL'

Si

Si quis hunc lapidem conferat cum eo, quem *ad marmoris fidem exscriptum a P. Zacharia* tradit fidenter Donatus in Supplement. Murator. *pag.* 200. mirabitur fortasse tot haberi variantia, scilicet lin. 9. *ipsa* pro *iste*, *celebrator* pro *celebratur:* lin. 12. & 13. appositum dyphtongum *Ecclesiis* & *Eloquio:* lin. 14. *restituit* in principio versus: lin. 15. abbreviatum *que:* lin. 16. *esse* pro *ipse*, & lin. 18. *paries* pro *pariter*. In pariete enim laevo Praesbiterii vidi hoc Epitaphium, contulique, minora alia omittens quae descripta sunt. Sane Muratorius *pag.* 1862. *n.* 2. emendatius Zacharia & Donato protulerat. S. Ennodius depositus fuit die 17. Julii *Consule* Flavio *Valerio Viro Clarissimo*.

XVII

Comi
exscripsi apud eundem Equitem D. Fulvium Tridum istud marmor acephalum, quod extabat in Monasterio S. Juliani olim PP. Benedictinorum extra Urbem.

. . . .
. . . .

A. C. 522.
Anonym.

XIT IN SECVLO ANNI
XCV DEP D. III. ID. MAIA
SIMMACHO ET BOETIO
CONSVLEBVS

Depositus fuit hic Anonymus aet. ann. 95. die 13. Maii Ann. 522. Quinto Aurelio Anicio *Symmacho*, & Anicio Manlio Severino *Boethio* ambobus in Occidente *Consulibus*.

XVIII

Canturii in agro Mediolanensi
exscripsi e latere dextro altaris Ecclesiae nunc Plebanae S. Pauli.

A. C. 525.
Adeodatus.

B M
HIC REQVIESCIT IN PA
CE SANCM ADEO
DATVS PREBS QVI
VIXIT IN SECVLO
ANN PLVS M LXXXV DP
SV D VIIII KAL IVL
PROB IVN VC CON
SVL PER IND TERTIA



Sanctae Memoriae Praesbiter Adeodatus, qui depositus fuerat Galliani prope Canturium die 24. Junii anno 525. *Consule perpetuo* Occidentis Flavio Anicio *Probo Juniore*

niore Viro Clarissimo, post translationem ab Ariberto factam anno 1007. quievit ibidem cum antiquo hoc lapide in altari Basilicae S. Vincentii usque ad annum 1634., qua de re fusius egi in Epistola Italica ad CL. Dominicum M. Mannium dat. die 28. Junii 1758. Atque hac occasione adferam heic quoque lapidem praedictae translationis, quod Puricellium & Castillioneum sequuti Muratorius aliique parum diligenter Inscriptionem utramque retulerint. Ea autem haec est, in qua etiamsi ex rudi incisione literarum mihi videretur legi posse annus MLVII. atque etiam Ind. VI. nihilominus putavi exscribendum annum MVII. & Ind. V. ut sibi invicem copulentur, neve idem Aribertus, qui obiit anno 1045., diceretur post mortem fecisse hujusmodi translationem.

+ VI . NO . IVL . TRANSLACIO
SCI ADODATI ET DEDIC ISTIV
ECCLE ET IBI REQEXCVNT
IN PACE BM ECCLESIVS ET
MANIFREDVS PBRI SEV
SAVINVS DIACOS QVI FVE
INVENTI IVSTA SEPVL
HCRV IPSIVS SCI ADODA
ANNI DNI DM VII INDI V
TEMP DOMNI ARIBERTI DE
ANTIMIANO ET SVBDIACONI
SCE MEDIOLANENSIS ECLE
ET CVSTODIS ISTIVS ECLE
SEV TEMP HERICI RE
GIS

De hoc Ariberto *V.* Saxium *Vit. Archiepp. Mediolan.*, & Julinium *Memor. Milan.* T. 3.

XIX

Comi
exscripsi e pavimento Sanctuarii Basilicae S. Abundii,
quae olim fuit Cathedralis, nunc Monialium Benedictinarum
extra Urbis moenia.

A. C. 526.

Vincentius.

B M
HIC REQVTESTA PACE FAMVLVS
DEI VRS EXVRCISTA VINCENTIVS
QVI VIXIT IN HOC SECVLO ANN. PL. MS.
LV. DEPOSITVS SVB D. III. KAL. MAIAS
OLEBRIO VC. C. INDICTIONE QVINTA

Venerabilis Dei Famulus Vincentius, cujus nulla mentio in Annalibus Tattianis, debuit juxta Canones Synodi Laodicensis ex multa ejus probitate eligi ab Episcopo, veri-

verifimiliter Euticio (de quo infra anno 539.) ad manus Exorciftae. Ita docemur exemplo SS. Martyrum Agathonis & Petri, Sancti Martini poftmodum Turonenfis Epifcopi, Candidiani, ejufque qui Novatum a Daemone vexatum liberavit. Tradit ergo hic lapis in Ecclefia quoque Comenfi hoc officium pluris habitum juxta veterem Canonem Concilii Romani, in quo, Ecclefia Chrifti in pace conftituta, Ordo Hierarchicus ita decernitur *cap.* 7. *can. a Subdiacon. dift.* 93. ut nempe Pontifici feu Epifcopo fubjiciatur Praesbiter, huic Diaconus, Diacono Subdiaconus, huic Acolythus, Acolytho Exorcifta, huic Lector, Lectori Oftiarius, & Oftiario Abbas, tunc Secularis, ficut Abbati Monachus. Caeterum *Venerabilis* hic *Exorcifta Vincentius*, qui *requiefcit in pace*, depofitus fuit die 29. Aprilis anno 526. fub *Confulatu* Anicii *Olybrii* Junioris *Viri Clariffimi* Indictione defumta, ut fupra dictum eft *n.* X. ad An. 491., ab Incarnatione Chrifti.

XX

Comi

exfcripfi apud D. Fulvium Tridum ab eodem lapide, in quo Anicitianus, cujus memini An. 520.

A. C. 527.
Rufticula.

B. M.
HIC REQVIESCIT IN PACE FAMV
LA XPI RVSTICVLA VIRGO DE
VOTA DEO QVAE VIXIT ANN
PL M XIIII DP S D VI KAL. AVG. MA
VORTIO VC CONSVLE IND V

Rufticula Deo non folum oblata, fed jam aet. annorum 14. voto virginitatis adftricta, depofita eft die 27. Julii Vettio Agorio Bafilio *Mavortio Viro Clariffimo* totius Imperii *Confule* anno 527.

XXI

Comi

A. C. 530.
Pelagia.

exfcripfi ab eodem marmore, de quo antea ad An. 526. *fub Epitaphio Vincentii.*

HIC REQVIESCIT IN PACE FAMVLA XPI PELAGIA
Q. VIXIT IN HOC SECVLO ANNOS PL. M. LX. DP. SV. D
XII. KAL SEPTEMBRES INDICTIONE VII. LAMPADII
ET ORESTO VVCC CONSVL

P. Aloyfius Tattus Decade I. *pag.* 812. *n.* 68. ex Diplomate Ludovici Pii apud Ughellium in Epifcopis Comenfibus *n.* 29. afferit Bafilicam SS. Apoftolorum & S. Abundii anno 818. titulum habuiffe fimul S. Pelagiae Martyris, quam inter exteras unam putat ex Antiochenis. In hoc fane Epitaphio *Famula* duntaxat, non vero Martyr Chrifti defcribitur, neque Poenitens Antiochenfis defignatur, imo neque depo-

fita

ſita eſt die 8. Octobris, ut illius Commemoratio occurrit in veteri Eccleſiae Comenſis Breviario. Haec igitur Pelagia humata fuit die 21. Menſis Auguſti Poſthumio *Lampadio* & Flavio *Oreſte Viris Clariſſimis Conſulibus* nempe An. 530. Indictione VIII. cui in marmore unitas numeralis a Lapidario omiſſa eſt.

A. C. 537.

Stephana vel Stephania.

XXII

Bargani ſecus Lambrum in agro Laudenſi e Schedis Amici optimi Jo. Mariæ Dragoni.

REQVIESCIT IN PACE B M STEFA*na* vel *Stefania*
VIXIT IN SECOLO ANNS PL M XIIII ET
DPS SVB DIAE XIIII KAL NOVEMBR. . P C
p AVLINI IVN.^{s} V. C IND PRIMA QVEM ſubaudi *Titulum*
PARENTES ET SPOSVS CONTRA VOTVM
F F

Bonae Memoriae Stephana vel *Stephania* aet. annorum 14. *depoſita* fuit die 18. Octobris *Poſt Conſulatum Paulini Junioris Viri Clariſſimi* anno quarto, nempe anno 537. deſumta Indictione ab initio Septembris. *Spoſus* pro Sponſus ex defectu literae N., cujus omiſſionis exempla frequenter occurrunt, imo ipſarum appellationum permutationes ex. c. *Marita* pro Uxore, *Uxori* pro Marito, & his ſimilia apud Fabrettum *pag.* 298. *ſeqq.* alioſque Collectores lapidum Chriſtianarum. Extat hic lapis ſtratus ſub lapide ſacrato Arae S. Leonis in ejuſdem Sacello, proximo Eccleſiae Parochiali ejuſdem Loci, in quo fortaſſe via aperiebatur Italicae voci *Spoſo*.

XXIII

Cremonae
in Cathedrali Eccleſia ex Breſciani MSS.
apud P. Zachariam Ser. Epp. Cremon. pag. 40.

A. C. 537.

Stephanus.

HIC REQVESCIT IN PACE B. M
STEPHANVS . . . . QVI
VIXIT IN HOC SECVL ANN PL M
XXXV. DEPOSITVS SVB DIE
PRIDIE IDVS DECEMBRIS ET
ITERVM P. C. PAVLINI IVN
VC INDICT. PRIMA

Nempe Stephanus ſepultus die 12. Decembris *Poſt Conſulatum* Flavii Theodori *Paulini Junioris Viri Clariſſimi*, ut in praecedenti annotatione dictum eſt, ſcilicet Anno 537.

XXIV

XXIV
Comi
exscripsi e lapide pavimenti
veteris Ecclesiae Cathedralis S. Abundii.

A. C. 539.

Euticius.

B M
HIC REQVIESCITN PACE SCM
EVTICIVS EPvS Q VIXIT IN HOC
SECVLO ANNIS PL. MS. LVII
DEPOSITVS SVB DIAE NONAS
IVNIAS INDICTIONE SECVN
DA PC. IOHANNIS VC

Si hoc insigne Monumentum *Euticii Sanctae Memoriae* Comensis *Episcopi* a P. Aloysio Tatto visum fuisset, aequus sane criticus Ruscae cognomentum non ei adjecisset, atque illo mirum in modum sententiam suam *Decadis* I. *pag.* 537., vetustissimamque Comensis Cleri consuetudinem adversus Benedictum Jovium & Robertum Ruscam egregie confirmasset, nempe natalem ejus & commemorationem recte fieri die 5. Junii. Hoc etiam viso Epitaphio non ita fortasse facilis adhaesisset prodigiosae, quam narrat *pag.* 535., ejus cadaveris depositioni in S. Georgii, ubi nunc quiescit. Eo enim transferri aliquando potuit, ne longe ab Incolis custodibus quisquam raperet. Caeterum in hoc marmore perspicuus habetur ejus mortis annus, diesque Depositionis 5. Junii *Post Consulatum* Flavii *Johannis Viri Clarissimi* Anno 539. An sub hoc lapide latet hactenus? Ex hoc sane corrigenda Series Episcoporum Comensium, quos inter denatus scribitur Euticius anno 531., atque ex eo confirmatur, quod Pagius *Dissert. Hypat. P.* 3. *cap.* 2. *n.* 2., Cangius aliique adverterunt, Seculis V. VI. & VII. unumquemque arbitratu suo, potius quam anni Consulem, alterius signasse Post Consulatum.

XXV
Ticini
in SS. Trinitatis apud Muratorium pag. CCCCXXIV. *n.* 6.
ex collatione P. Capsonii.

✠ ✠ ✠

A. C. 539.

Theodora.

HIC IN PACE REQVIESCIT BM
THEODORA DIACONISSA QVAE
VIXIT IN SECVLO ANNOS PLM
XLVIII. D. XI. KAL AVGV P. C.
PAVLINI IVN V. C. IND. II

Mu-

Muratorius, additis binis novae formae Monogrammatis, haec annotavit: *Hinc discimus, in Occidente signatum quoque fuisse annum hunc QUINCTO, seu QUINCTUM POST CONSULATUM PAULINI JUNIORIS VIRI CLARISSIMI currente INDICTIONE SECUNDA.*

XXVI

Garlate in agro Mediolanensi
exscripsi e pavimento ut supra ad An. 491.

A. C. 539. & 540.

Agnella & Cisellus & Marcianus.

HIC REQVIESCIT IN PACE AGNELLA INNO
CENS QVAE VIXIT IN SAECVLO ANNOS PLM
VIIII D SVB D XVIIII KAL FEB IND SECVN
HIC REQVIESCIT IN PACE CISELLVS INNOCVS
QVI VIXIT IN SAECVLO ANNO PLM IIII DP
KAL IVNIAS IND SECVNDAE
HIC REQVIESCIT IN PACE MARCIANVS
QVI VIXIT IN SAECVLO ANNOS PLM . . .
DP SVB D KAL SEPTEMBR IND II
. . . . . IN IVNIOR VC
. . . . IN PACE M . . . .
. . . .

Agnella aet. ann. 8. deposita die 14. Januarii, & Cisellus aet. ann. 4. sepultus die 1. Junii, frater fortasse & Soror, eodem anno defuncti fuerunt, nempe, ut ego suspicor ex alio Marciani Epitaphio in eadem petra subsequenter descripto, nempe inquam anno 1539. *Consule Flavio Appione INDICTIONE SECUNDA*. Marcianus enim, ex vestigio quod superest unitatis numeralis, depositus fuit die 1. Septembris *INDICTIONE TERTIA*, nempe Consule *JUSTINO JUNIORE VIRO CLARISSIMO*, qui Consul processit anno 540. Sed heic forte legendum Sexies P. C. Paulini Junioris juxta opinionem illorum, qui post Paulinum nullum alium Consulem praeter eum in Occidente signatum volunt. Quamvis praecedenter *n.* XXIV. notatum invenerimus *Johannem*. Alios, & fortasse ejusdem familiae Homines lapis iste tegebat, antequam ab antiquo translatus esset ad ornandum Sanctuarii pavimentum, quod unum cum supposita Crypta reliquum atque sub dio est.

XXVII

Ticini

in parvo clauſtro S. Epiphanii.

Miſit P. Capſonius collato Muratorio pag. CDXXVI. *n.* 3.

Crux abraſa.

A. C. 546.

Nemorianus.

HIC IN PACE REQVIE
SCIT SATE MEMORI
AE NEMORIANVS
DIACONVS QVI VIXIT
IN HOC SECVLO AN
NOS PMIN XLV
DEP SVB D V KAL
NOVEMBR DVO
DECIES PC PAVLI
NI IVN VC IND
X

Nomen hujus Diaconi Muratorio ignotum. *Nemoriani* eſt. Lapis tunc acephalus priori ſuae parti nuper adjunctus, in qua Epitaphium Urſicini Praesbiteri, de quo ſupra an. 496. integer viſitur ſub porticu minori Canonicorum Regularium ad S. Epiphanii. Ita me admonet amiciſſimus ex Ordine meo P. Capſonius multi Vir ingenii & ſtrenuus rerum Patriae indagator, qui poſt nonnulla ſua jam edita Annales ſuos Ticinenſes ſummo labore primus congerit. Depoſitus fuit *Nemorianus* die 28. Octobris anno 546. *Sicut enim*, ait ad hoc marmor Muratorius, *in Oriente ſignabatur annus POST CONSULATUM BASILII U. C. ANNO V. ita in Occidente inſcribebatur POST CONSULATUM PAULINI JUNIORIS U. C. DUODECIES, ſive ANNO XII. Paulinus quippe Junior Conſul proceſſit cum Juſtiniano Auguſto QUARtum Anno Chriſti* 534. *Indictio autem decima decurrere coeperat a Septembri hujus anni*. Secus, ut ſtatuatur annus cum Muratorio 546., addere oporteret ante X. unitatem numeralem.

XXVIII

Ticini

in impluvio Canonicorum R gularium S. Petri in Caelo aureo

apud P. Zachariam Excurſ. Litterar. pag. 207.

A. C. 546.

Anonyma.

. . . .
. . . . ANN
*depos*ITA SVB D. . .
BRIS OCTA*va*
duodecies P. C. PAVL. IVN.
indict. DECIMA

C XXIX

Ita legit & fupplet P. Zacharias. At Indictioni *decimae Post Confulatum* Flavii Theodori *Paulini Junioris* refpondet annus 547. nempe *terdecies* ut in lapide fequenti, non *duodecies*. Sed in lapide fequenti menfem habemus Septembri praecedentem. Quare heic a P. Zacharia bene fcriptum eft *duodecies*. A Septembri enim conftat Majores noftros, his attente collatis lapidibus, Indictionem inchoaffe. Idem *V.* fupra A. C. 467.

XXIX

Galliani in agro Mediolanenfi
exfcripfi ab eodem marmore, de quo fupra An. C. 467.

A. C. 547.
Valeria.

HIC REQVIESCET IN PACE B M VALERIA
QVI VIXIT IN SECVLO ANNVS PL M
LX DEPOSITA SVB DIAE IIII NON
AVGVSTAS, TERDECIES PC
PAVLINI IVNIORIS CONSVL IND . XI .

Subfequitur Mariam *Bonae Memoriae Valeria*, quae depofita fuit die 3. Augufti anno 547. nempe *anno tertiodecimo Poft Confulatum*, ut ante diximus, *Paulini Junioris Indictione decima*. Excrefcit enim in lapide, uti faepe decrefcit, unitas numeralis.

XXX

Lemni in agro Comenfi ad lacum Larium
in Oratorio S. Mariae
e Schedis nobiliffimi Viri Jo. Ant. de Beretta
Canonici Imperialis Bafilicae S. Ambrofii.

A. C. 572.
Cyprianus.

HIC REQVIESCIT IN PACE B. M.
CYPRIANVS QVI VIXIT IN HOC
SAECVLO ANNOS P. M. XXXIIII.
DEP. SVB. D. VII. KAL. OCTOB. IND. V.
POST CON. D. N. IVSTINI P. P. AVG.
ANN. VI.
HIC REQVIESCIT IN PACE B. M.
VIGILIA FILIA SSI. CYPRI
VIXIT ANNOS

Bonae Memoriae Cyprianus, qui vixit annos plus minus 24., depofitus fuit die 25. Septembris *Poft Confulatum Domini Noftri* Flavii *Juftini* Junioris *Perpetui Augufti anno fexto*. Itemque Vigilia *fuprafcripti* Cypriani filia.

ALII

ALII LAPIDES

quorum annus determinari nequit quia fracti, aut quia attriti characteres, aut quia minus diligenter exsculpti.

XXXI

Azzati prope Varisium in agro Mediolanensi.

A. C. 311. aut 312.

Agnellus.

HIC REQVIESCIT IN PACE
AGNELLVS PRIOR VI
CIS TATVNI QVI VIXET
IN SECVLO ISTO
ANN PL.S M.S LXXX
DPESTS VD S.S ID APRIL LIC ....

Extabat in Colle S. Quirici in Ecclesia ejusdem nominis prope Azzatum. Ita Sormanus in Descriptione MS. Dioecesis Mediolan. *cap.* 33. Plebis Varisiensis, ubi etiam inquit translatum lapidem a Marchionibus Recalcatis ad propriam insignem Villam Casbenii sive Castrobennii. Sed inter alios, qui sunt ibi prophanos, hunc minime reperi. Sperabam enim collato lapide τὸ *Prior Vicis Tatuni* aliter posse legere, ut sensum haberem tempori antiquo conformiorem. Nam *Prior* quid? Ecquid iterum *Vicis Tatuni* etiamsi *Vici Statuni?* Fortasse *Schiano* locus apud *Arcisate* ait Sormanus, ubi alia profert divinator. Sed vere Agnellus *depositus* est *sub die*, graeca fortasse nota signato ϛ, nempe *sexto*, seu die 8. Aprilis Consule *Liciniano* an. 311. aut *Licinio* an. 312.

XXXII

Mediolani
in S. Ambrosii
exscripsi e mutilo & acephalo lapide jacente
prope januam
Turris Canonicorum.

....

A. C. 379.

Anonym.

. . . . S
. . . . QVASCE VIXERIT IPSE
. . . . DICERE LINGVA NEQVIT
. . . . *vIx* DVM COMPLEVERAT ANNOS
. . . . SIDERA MENS PECIIT
. . . . VIII KL IVN IND /II. . . . . . .
. . . AVSONNO BARDESIACO VALE . .
. . . . SIQ . SV EX HIS ONIB AIQ .
. . . . . RIT ANATEMATE PRE. . . .

Haec Inscriptio, praeter frequentes literarum nexus & abbreviaturas, Scalptorem adeo imperitum sortita est, ut ultimas quintae & octavae lineae literas vix Œdipus intelligat quamvis sine Argo legantur. Malui tamen punctis eas finales literas signare, quae nullum mihi legendo sensum faciunt, quam nodum ut ajunt in scirpo parare Interpretibus. Anonymus iste obiisse videtur anno 379., in quo Magnus Decius *Ausonius* Consul. Sed quid *Bardes?* Poetam fuisse Ausonium, & Patria Burdigalensem cuncti noverant, atque ideo *Bardum* vel *Bardesiacum* forte dixerunt. Ptolomeus *lib.* 4. de Gallis agens inquit: *Apud universos fere tria sunt hominum genera, quae in singulari habentur honore, BARDI, VATES, & DRUIDAE. Horum BARDI hymnos canunt*, & Poetae *sunt*. Ita ergo sit, Consulem in Occidente processisse hoc anno *Ausonium* cum Q. Clodio Hermogeniano Olybrio, & hanc in marmore e.o-cham describi. Indictio tamen, quae deberet esse VII. signatur III. omissa sane a Marmorario transversali linea, punctis a me signata, ad primam unitatem numeralem, unde efficeretur V. In primo versu lege *Quam Sancte*. Adde in sexta linea depositionem Defuncti, quae contigit die 25. Maji. Post affatum mortuo extremum VALE, dirae habentur in Sepulcri Violatorem: *Si quis sumat ex his omnibus aliquid . . . . . . anathemate . . . . . .*

XXXIII

Mediolani
in S. Eustorgii
exscribo e marmore inserto parieti
intra portam laevam minorem hujus Basilicae.

A. C. 461.
432

Juliana.

hic REQVI*escit in pace*
IV*li*ANA QVI *vixit in Secu*
LO *an*NOS PL . M . . . *Dep*
OSI*ta* EST SVB . . . .
SEP*tem*BRES SE . . . .
V

Ex literis SE in penultimo versu legendum *Severo* aut *Severino*, & in postrem inea ex vestigio literae V. *Viro* Clarissimo, qui Flavius *Severus* fuit in Occidente Consul

Consul anno 470., & Flavius *Severinus* an. 461., nisi quis velit Fl. *Severinum* Juniorem Consulem an. 482.

XXXIV

Velate, vicus agri Mediolanensis,
in ruinis templi S. Cassiani
ex Grutero pag. 1161. n. 4.

A. C. 465.
Honorata.

B . A . Ω . M .
HIC . REQVIESCIT . IN . PACE . HONORATA
H . . . . QVAE . VIX . AET . AN . XXVI . D
. . . KAL . MART . HER . ET . BALB . VV . CC .
KONLIB

Fortasse *Hermero & Basilisco Viris Clarissimis*, qui Consulatum tenebant an. 465. Anne Cantonius, qui Grutero miserat hoc Epitaphium, literas postremae lineae intelligebat? Ego non aliter divinabo nisi dicam *Consulibus*.

XXXV

Angleriae Opp. Ditionis Mediolanensis.

A. C. 492.
in 517.
Eutreptus.

EVTREPTVS IVSTIS BISSENOS
CVRSIBVS ANNOS EGIT AT AN̄ DIĒ MORS ILLV̄
MERSIT ACERBO FVNERE NEC POTVIT CVI Q
SVPERARE SVORVM D . P .
D . N . ANASTASIO AGEN

Ita in Codice Alciatino *n.* mihi 190., ubi Alciatus colligit, Anglerienses, sparsis nihilominus per Italiam Gotthis, Constantinopolitani Imperatoris dedititios permansisse. An vero Eutreptus *Agens* esset Anastasii, longe heic in Notis, sed mea sententia inutiliter, Cotta disputat tractans de hoc Officio. Facile nimis intelligas *superare cuiquam* pro *superesse*. D. P. *depositus* vel P. *post* nempe Consulatum, & *Agen* in *Aug.* Non ita decernas annum Consulatus *Domini Nostri* Flavii *Anastasii Augusti*. Fuit enim Consul *Primum* ann. 492. *Secundum* ann. 497. *Tertium* ann. 507. *Quartum* ann. 517. P. Zacharias notat hanc Inscriptionem non indicari in Indice Gruteriano, sane veteris editionis; nam in nova tam *Eutreptus* quam *Justus*, perperam pro *Justis* exscriptus, bene signantur, habeturque haec Inscriptio *pag.* 1052. *n.* 7.



XXXVI

Comi

exſcripſi in porticu aedium D. Antonii Joſephi Comitis a Turre Rezzonici, habetque Muratorius pag. 1954. n. 3.

A. C. fortaſſe 545.

Valeria.

M
rEQVIESCIT
*in p*ACE FAMVLA
XPI VALERIA QVI VI
XIT IN HOC SAECOLO
ANN PL M[s] . XXXII DPS SVB
die XII KL FEB[s] . QVIN QVILS
IIVC IND VIII SSS ⏀ IN
*pa*CE FAMOLVS XPI
SAEQVLO

Quinquils, vel *Qui Quiis* apud Muratorium cum aliis variantibus *pag.* 1954. *n.* 3. Utrumque mihi ignotum. Quartus heic autem videtur adſignari annus poſt Conſulatum *Baſilii Viri Clariſſimi*, nempe an. 545., cui reſpondet Indictio VIII. Ecquid inſuper Siglae, quae ſequuntur Indictionem? Scio quid de duabus *SS.*, imo de tribus, & de litera numerali Graecorum Φ dictum ſit. Ecquid denique τὸ IN atque haec omnia poſt Conſulatum & Indictionem? Ergo tres literae SSS. & Φ interpunctiones dicendae, quum τὸ IN poſſit pertinere ad initium ſequentis Inſcriptionis, nempe IN PACE ſubintelligendo quod ſupra legitur: *Hic requieſcit* &c.

EPI-

EPITAPHIA MEDIOLANENSIA

SINE TEMPORUM NOTIS.

XXXVII

Aliate ad Lambrum in agro Mediolanensi.

Albinus.

HIC REQVIES
CET IN PACE
ALBNVS LEC

Exscripsi e parvo marmore jacente in domo Praepositi Plebani ejus Loci, ubi primum suspicor extitisse templum Neptuno ex suprapositio uni columnarum Ecclesiae capitello, binos habente in qualibet facie Delphinos, quorum caudae in angulis superioribus assurgunt, & capita ad tridentem descendunt in medio faciei stantem, cui substat vas, imminetque in coronide maris concha. Capitellum sane venustum, elegantique artificio dispositum, unde edocemur templis etiam nostris aptari melius posse ornamenta aedificiorum. Litera I in Albinus concluditur in hasta literae N.

XXXVIII

Mediolani

Lapis inversus dealbatus in exteriori muro Monialium S. Valeriae prope Ecclesiam.

Amantius.

B. ☧
FL . AMANTIVS . . . .
MAVRILLAS . . . .
FECERVNT EXI . . . .
COMVNE HOC . . . .
STRVM . . . .

Amantii cujusdam lapidi in Schedis Alciatinis relato *n.* mihi 44. hunc in Notis ibid. attulit Jacobus Valerius arbitratu suo accomodatum. Sed vere media fere pars marmoris abest, quae si etiam adesset nusquam juxta Valerium legeretur. Anne *Strum* desinentia vocis *Balustri* apud Cangium vel *Balastri*, nempe Balnei, quod sibi in domo fecerint ne ad publica Christiani diverterent? *V.* Paciaudium *de Sacris Christianorum Balneis*. Romae 1758. in 4.

A☧ω

XXXIX

XXXIX

Aliate ut ſupra.

Amiza.

✠ AMI	ZA : M
ATER	GA RIBA
AI ✕ :PR	ESBIT
ER.INN	OME. ꝉ NI

Epitaphium Langobardicum ſexti ne, vel ſequioris Seculi? *Garibal* cum lambda graeco forte *Garibaldi*. Exſcripſi e Scheda Praepoſiti ejus loci, qui characteres lapidis arenarii, antequam corrumperetur, diligentiſſime deſcripſerat. Duas literas A ſuperſtites in fragmento ejuſdem lapidis egomet vidi, eaſque bene formatas. Alia Langobardorum veſtigia ibidem ſunt, ſtipites nempe portae majoris Eccleſiae, & capitelli columnarum Cryptae, ſeu Confeſſionis.

XL

Mediolani

ex Codice Bibliothecae Palatinae.

Anonymus.

HIC POSITIS MEMBRIS PVRVS PERREXIT AD AETHRAM
   OMNIBVS HEV FLENDVS CIVIBVS ET PATRIAE
QVAM GENEROSA DOMVS LONGO SIBI CREDIDIT AEVO
   MANSVRVM COLVMEN TRISTIA NON METVENS
MORE SVO LVDENS HOMINES FORS PERDITA SEMPER
   MONSTRATAS RAPVIT SPES PROPERANTE DIE
VIX VITAM QVINIS LVSTRIS COMPLEVERAT AEVVM
   CVM SVPREMA DIES INTVLIT EXITIVM
QVATTVOR HINC ANNIS VIXIT CVM CONIVGE SANCTA
   MOX RATVS EST MELIVS VIVERE XPE TIBI
VTILIOR CVNCTIS SENTENTIA NATA SECVNDA
   NAM XPS VITAM DAT SINE FINE SVIS

Sic Gruterus *pag.* 1167. *n.* 6. ſine loco Urbis, & ſine nomine Defuncti, unde acephalum fortaſſe Epitaphium. Sed quia inter ea deſcribitur, quae Mediolani ſunt, ideo huic Urbi accenſendum. Qua ratione alia ejuſmodi Mediolano adſcribam poſita heic *n.* XL. XLII. LIII. LIV. LXIII. LXXVII.

XLI

Vaprii

in agro Mediolanensi.

Ariulfus vel Arnulfus.

HIC REQVIESCIT
IN PACE B̅ . M̅ . ARIVKL . V . H
QVI VIXIT IN SAECVL^S . ANN^S . PLVS
MINVS V . DEPoS . SVB DIE XVIII . KL^S .
HOCTVB^S . IND . VIII . KEEL^S .

Ita Muratorius *pag.* 1831. *n.* 8. ex Mabillonio, hac nota ſuppoſita: „ Nomen „ iſtius V. H. ideſt *Viri honorabilis* (Langobardicum potius quam Gothicum) fuiſſe „ videtur *Ariulfus*, aut *Arnulfus*. Poſtremae literae *keel.s* fortaſſe ſignificant *Kirie* „ *eleiſon*, ideſt *Domine miſerere* “. An adhuc ibid. aſſervetur lapis ignoro.

XLII

Mediolani

ex Codice Bibliothecae Palatinae

ut ſupra n. 3.

Arſacius.

INLVSTRIS MERITI RECVBAT HOC MARMORE TECTVS
ECCLESIAE LEGISQVE MEMOR SEMPERQVE DICATVS
ARSACIVS D̄N̄O REDDENS LAVDABILE MVNVS
IN FIDE CATHOLICA CREDENS CONSISTERE VITAM
PAVPERIBVS DONAVIT OPES MORTALIA LINQVENS
MEMBRA SOLO POSVIT COELI PERREXIT AD ASTRA
TER DENOS GEMINANS TRANSCENDIT CVRSIBVS ANNOS
AETERNVM LAETVS REDIENS REDIVIVVS IN AEVVM
PRAEMIA PRO MERITIS CAPIET SVB IVDICE IVSTO

An ne hic ille *Arſacius*, de quo tanta eſt controverſia inter Scriptores Mediolanenſes, cujus fabuloſam vitam emiſit exceptitque Papebrochius in Exegeſi Archiepp. Mediolan.? Codex Palatinus non aſſignat locum Urbis, in quo Epitaphium. Ex hoc ſane non apparet Archiepiſcopus, neque Archipraeſul dicitur, ſed *Eccleſiae dicatus*, in qua reddiderit *laudabile munus* uſque ad annum aetatis ſuae ſexageſimum. Aliquod fortaſſe munus exercebat in Eccleſia S. Stephani, ubi depoſitus fuiſſe videtur cum hac Epigraphe, coliturque inter Sanctos. *V.* Boſca *Martyrolog. Mediolan.*, & Saxium in *vita S. Auxani Archiep. Mediolan.*

XLIII

Mediolani

olim in D. Ambrosii aede.

Atilius Crescens.

ATILIVS A . F . CRESCENS
V . P . EX . TABVLARIO . PALATI
QVI VIXIT . IN . HOC . SAECVLO
ANNOS XXVII . MEN . . . . . .
. . . .
. . . .

Gruterus ex Apiano, & Alciati Cod. *pag.* 1040. *n.* 7., & Sponius *sect.* IX. Ad hanc Epigraphem ex Alciati Antiquario depromtam *n.* mihi 18. haec habet Catellianus Cotta: „ In Divi Ambrosii Monasterio superiori anno effossum est marmor, quod „ inibi indicat fuisse Atilii Crescentis sepulcrum. „ Is quidem Atilius est, cujus Pli- „ nius in Epistola quadam ad Priscum mentionem facit, & cum eo secum arctissimam „ esse amicitiam testatur, additque ejus Municipium a suo unius diei itinere distare, „ ut jam nemini dubium esse debeat, quin Atilius fuerit Mediolanensis". De Atilio Crescente *V. P. Viro perfectissimo*, erudito, faceto, & amicissimo suo Plinius *lib.* 1. *ep.* 9. *lib.* 2. *ep.* 14., & *lib.* 6. *ep.* 8. An is autem idem sit, de quo hic lapis, negat Gudius, recentiorem eo putans; quod mihi etiam & maxime ex hoc Epitaphio, si ad Christianum hominem vere spectet, videtur apertissimum. Haec etenim publica Monumenta Christianos primo seculo largius posuisse vix credam. Atilios autem, eosque antiquiores Mediolanenses fuisse ex aliis Inscriptionibus patet, iisdemque ab Alciato relatis, binis nempe familiae Atiliae Secundae, & Magrinae, & altera Atiliae Masclae, praeter eam alterius Atilii artem Caligariam profitentis. Rursus ex Pucinello alios habemus Atilios, Philenum *p.* 13. *n.* 62. Priscum VI.Vir. *p.* 17. *n.* 18. Pupinium *p.* 20. *n.* 56. Sabinum *p.* 22. *n.* 78. Publium denique Grammaticum, cujus etiam hoc extitisse Mediolani Epitaphium docet in Libro inscripto *Memorie Sepolcrali pag.* 135. *n.* 253., quod tamen Gruterus Comi in Sancti Fidelis situm recte tradit *pag.* 1062. *n.* 3.

MORBORVM . VITIA . ET . VITAE . MALA . MAXIMA . FVGI
NVNC . CAREO . POENIS . PACE . FRVOR . PLACIDA

Atque hic dicendus Septicianus, de quo Martialis *lib.* XI. *ep.* 108., qui Plinii *lib.* 7. *ep.* 18. largitionem aemulatus universam substantiam suam ad Rempublicam Comensem pertinere voluit, uti ab ejus Eulogio discimus ab Ordine Comensium Decurionum Decreto, & ab Apiano ex lapide in S. Fidelis inter *Inscriptiones* allato *pag.* 78., Grutero *pag.* 367. *n.* 5., & primum a Benedicto Zobio, seu Jovio, in Collectaneis MSS. *Vet. Monument. quae tum Comi, tum ejus in agro reperta sunt.* Ubi illud quidem Distichum in ejusdem Monumenti dextro latere ait se invenisse annotatum: In eodem igitur loco & Eulogium est & Epitaphium ejus, quem e Mediolano, ubi Atiliorum gens, Comum puto accessisse illos erudiendi gratia quos Plinius *lib.* 7. *ep.* 13. in propria Urbe edocendos exoptabat. Ceterum, praeter veteres Rationales, a Theodosio duos in singulis Provinciis Statutos Tabularios, quorum alter Fiscalis arcae ratiocinia, alter largitionales titulos curaret, narrat Gothofredus in Cod. Theodos. *leg.* 12.

Cod.

Cod. tit. cit., & *leg.* 30. de Sufceptoribus. Cur autem *Tabularium* diceretur, facile intelligitur ex numero redituum in *Tabula* fcripto. Hinc tabula marmorea apud Gallos, de qua videndus Cangius. *V. TABULA*.

XLIV

Mediolani

olim in S. Francifci.

Aurelia Vitalia, & Juliana, & Domnina.

M. M.
AVRELIAE VITALIAE MATRI
PIISSIMAE QVAE VIXIT ANNIS XL
IVLIANAE CONIVGI SANCTISSIMAE QVAE
VIXIT ANNIS XX . ET DOMNINAE
SORORI QVAE VIXIT ANNIS II
AVRELIVS EVSEBIVS CONTRA VOTVM
FIDELES PAVSANT

Ita Muratorius *pag.* 835. *n.* 11. ex Cicerejo hanc fubdens annotationem: „ Ad „ Chriftianas Foeminas fpectat Infcriptio. Proinde nemo fubfcribat Alciato (*n. mihi* 24.) „ interpretanti M. M. *Malis Manibus*. Credo ego *Memoriae*, aut *Monumenta*. „ Gruterus *pag.* 1050. *n.* 9. hanc non fatis emendatam produxerat.

XLV

Mediolani

in aedibus D. Septalii Canonici.

Barbara.

B M
HIC REQVIESCET IN
PACE BARBARA QV
AE VIXET ANNˢ PLˢ
XXVˢ DPˢ SBDˢ III K̄Ā
DECEMBRˢ INḊ XIIII

Hanc protulit Infcriptionem minus accurate Gudius edit. Leovardiae *pag.* 366. *n.* 1., quae nunc affervatur in peryftilio Bibliothecae Ambrofianae, ubi eam exfcripfi. Legendum *lin.* 4. DPˢ SBD III KA DECEMBRˢ IND̄ XIIII. nempe *Depofita fub die* 28. *Novembris Indictione* 14. Parvae s. interfertae loco punctorum, foliorum, aut cordium, nempe aliquando venuftatis gratia.

XLVI

Comi
apud Patricium D. Fulvium Tridum.

Barbatianus & Curelius.

RECESSET B M . BAR
BATIANVS S̄B̄ D . III
NONAS IVNIAS
RECESIT B M̄ SV̄D̄ QVREL
IVS SD XVIII KAL SEPTEM
BRS IND VII

Recessit, seu mortuus est *bonae memoriae Barbatianus sub die* 3. Junii, & *bonae memoriae Curelius sub die* 14. Augusti *Indictione* 8. In secunda Inscriptione iteratum ex oscitantia Lapidarii τὸ *sub die*. Q in Curelius pro C saepe Latini usurpabant, sicut Graeci Kappa pro eadem lit. Q. Vide Voss. *de lit. permut.* Numerus, Cal., & Ind. habet U junctum unitati numerali pro sigma graec. nempe VI. Extabat olim hic lapis in Asceterio Monialium Benedictin. ad S. Laurentii extra Urbem Comi.

XLVII

Mediolani
olim in S. Ambrosii.

Bonifatia.

B . M .
BONIFATIAE . QVI
VIXIT IN SECV
LO ANN . XXIIII
MENSIS V . DI
ES VII . MERVIT
CVM MARITO
BENEMEREN
TI POSVIT MERENS

Apud Muratorium *pag.* 1845. *n.* 7. Notandum hoc *Meruit*, cujus loco plerumque legitur *Vixit*, scilicet *Bene*.

XLVIII

Mediolani
in Crypta S. Calimerii super puteum.

+

Calimerius. ✠ QVANVIS ÆTHERIA REGNIT INARCE SACERDOS
CONGRVVM EST SANCTIS REDDERE VOTA PIIS
HIC QVONDAM SVBMERSVS CORPORE CONDITVS IACIT
. . . *re*SERAT POLVM REVOCAT IPSE DEVS
. . . *ve*NERANDE TIBI THOMAS AEGRES
. . . *ex*PLENDO OPERE LV . . . . .
. . . . . . VNCTIS NIVEO VI . . . . .

Mutilum hoc Eulogium, rudi charactere & quandoque implexo exaratum, praestat fortasse lucem tertiae Lectioni Officii Sancti Calimerii Episcopi Mediolan. & Martyris, cujus haec verba refert Puricellius in Vita S. Laurentii Littae *cap.* 30. *n.* 9. depromta ex antiquo MS. Codice pergam. *Revelatus autem nunc in Ecclesia sua venerabiliter celebratur, & multis coruscantibus miraculis apertissime demonstratur.* S. Thomas Archiepiscopus Mediolanensis, qui Seculo VIII. altare illic aureum in tanti Martyris & Praedecessoris sui memoriam construxit, puteumque, in quo jacuerat, hoc videtur Epigrammate exornasse, eas etiam Lectiones facile composuit. Veniam autem petimus si huic S. Martyri Seculi II. memoriam ponimus Seculi VIII. quum nullum alium antiquiorem lapidem invenerimus, atque hunc etiam a nemine alio quod sciam prolatum, praeterquam a Cl. Comite Julinio *Memorie Milanesi T.* 1. *ann.* 784. *pag.* 29.

XLIX

Mediolani

olim in Monasterio S. Ambrosii.

Celius Cajus.

C . CELIO . BENE
MERENTI . QVI
VIXIT . ANNOS . P . M .
XXXV . ET . DEPOSITVS
EST . XIIII . K . NO
VEMBRES . FRATER
EIVS . RENATVS . PO
SVIT . CONTRA . VOTVM
sic
A . QVAE . VIXIT . ANVS XLII ET . CVM
CONP . FECIT . ANNOS . XX . M . II . D . XXVIII
MARITVS . EIVS . CONTRA . VOTVM
POSVIT

Gruterus *pag.* 1051. *n.* 1. ex Apiano. Hi forte Celii ex inlustri Coeliorum familia, cujus monumenta protulit Alciatus *n.* mihi 138. & 209.

L

L

Mediolani
olim in S. Victoris arca marmorea.

Cervia.

A ☧ ω

CERVIA QVAE FIDEI VEXIT FONDAMINA SAECLO
TERDENOS AEVO BINOS QVATER ATTVLIT ANNOS
LAETA DOLIQ EXPERS CVLPA PROCVL IMPIGRA HONESTA
ASTRIGERAM SECAT ALMA VIAM CAELOQVE RECEPTA
HIC VITAE METVS ET INANIA MEMBRA RELIQVIT
DEP PRIDIE NONAS IANVARIAS

Ex Alciato Gruterus, puncta more suo inter verba describens, *pag.* 1051. *n.* 2. In optimo Codice Cottiano, quem sub oculis habeo, hieroglyphica in superiori arcae parte delineata sunt, nempe a Monogrammate Christi ad dexteram manus cum libro in quo stella, deinde columba stans cum ramo olivae in ore, item folium seu cor, & sub eo bustum fortasse Patris ejus. Idem ad laevam Monogrammatis, in qua bustum aliud, fortasse Matris Cerviae. Nimia de his symbolis sacre & prophane Cotta. Liber e Caelo veniens, seu lex Divina, per sydus & manum indicatur. In columba cum oliva significatur innocentia & pax. Paruit ergo Cervia legi Dei, vixitque innocens pacem habens in corde.

LI

Mediolani
in S. Vincentii.

Constantia.

B. M.
HIC REQVIESCIT IN PACE
CONSTANTIA QVAE VIXIT
IN SAECVLO ANN XIII
ANI . . . .

Ex Muratorio *pag.* 1853. *n.* 3. Extat nunc lapidula in muro Ecclesiae ad hortum Parochi, neque legitur nisi sic:

HIC REQVIESCIT
IN PACE CONSTA
NTIA Q . . . . . . *quae vixit*
IN SECVLO

LII

Mediolani

olim in turri S. Simpliciani.

Constantia Parvula, & Constantia.

B . M .
HIC . REQVIESCIT
CONSTANTIA . PARVVLA . QVAE . VIXIT
CVM . MARITO . ANN . XXXIV . M . X . D . XVII
DP . VIIII . CONSTANTIA . ETIAM . FILIA . DP .
K . MAIAS . PARITER . REQVIESCIT . A . F
CONST

Gruterus *pag.* 1051. *n.* 7. ex Apiano. Ambae depositae diebus 23. & 22. Aprilis. Fortasse & alter Constantiolus Auli filius.

LIII

Mediolani

ex Codice Bibliothecae Palatinae.

Constantius.

INGENII LEGVMQVE POTENS CONSTANTIVS ATRA
MORTIS SORTE IACENS CONDITVR HIS TVMVLIS
HINC GEMAT HVNC PROBITAS TRISTIS SVSPIRET HONESTAS
ET COMITIS FVNVS PLANGAT AMICA FIDES
QVIS PER BELLA FORI TOTIENS DE IVRE TRIVMPHVM
RETTVLIT ET SAEVOS PERTVLIT ORE REOS
ORNAVIT PROPRIO SEMPER FVLGORE TOGATVS
ELOQVIO MORES MORIBVS ELOQVIVM
NON MVLTVM MORS DIRA NOCES IN FVNERE IVSTI
NIL TVA TELA GRAVANT POSSIDET ASTRA PIVS

Hoc carmen habet Gruterus *pag.* 1167. *n.* 5. Quis & quando vixerit iste Constantius Comes Togatus & Fori decor, alii fortasse divinabunt. Nos ea non excludimus monumenta, quae probabili aliqua ratione infra sextum Seculum possunt contineri. Non abhorrere hos versus ab aevo nec a stylo Ennodiano inquit Sirmondus *pag.* mihi 834. in notis ad Epistolam Ennodii Constantio.

Si cuncta exscriberemus, quae a magnis etiam Scriptoribus adferuntur, locum heic haberet Epitaphium Vilani Curtii, quod ex Collectione Archintea edidit Muratorius *pag.* 1855. *n.* 8. Sed hoc vere opus est Poetae nostratis Lancini Curtii, qui Genitori suo hos versus posuit, typisque commisit inter sua Epigrammata *fol.* 1. verso.

LIV

Mediolani

ex Codice Bibliothecae Palatinae.

Diogenia.

SACRA DIOGENIAE CLAVDVNTVR MEMBRA SEPVLCR.
QVAE VIDVATA VIRO VIXIT AMICA DEO
HANC POST LVSTRA DECEM RECIPIS DVLCISSIME CONIVNX
DEPOSITAM XPS QVAM TIBI REDDIS HABES
LAETA SVIS LACRIMIS IEIVNO CORPORE PASTA
PRODIGA PAVPERIBVS NAM SIBI PARCA NIMIS
NEC SATIS ISTA PVTANS EADEM POST FATA RELIQVIT
VINCERET VT MORTEM PERPETVAVIT OPVS

Habet hoc Epigramma Gruterus *pag.* 1067. *n.* 7., & videtur ſtylo Ennodiano conſcriptum, at ſine ullis *Epitaphiſtarum naeniis.* Ennodius *lib.* I. *Epiſt.* 9. ad Heronium.

LV

Arciſate

in agro Mediolanenſi.

Gaudentius.

. . . . *hic requieſcit*
in PACE SCES M
*prae*SBITER GAV
DENTIVS QVAI
*vi*XIT IN SECV
LO ANNS PLSM
.XXII DPS S PRID
KAL.S NOVEM
BRIS

Exſcripſi in domo Canonici Coadjutoris Eccleſiae ibidem Praepoſituralis. Gaudentius *Praesbiter ſanctae memoriae*, qui *depoſitus* fuit *ſub* die 31. Octobris, vixit annos fortaſſe LXXII. veſtigia enim L. mihi ibid. inſpicere viſum eſt.



LVI

Mediolani

Mensa marmorea olim in D. Valeriae.

M. M.

Leucadius. DISCORDIA LEVCADIO CONIV
GI QVI VIXIT ANNOS SEXAGI
NTA ET DIES DVODECEM BENEME
RENTI CVM QVO VIXIT ANNOS
TRIGINTA DVOS ET MENSES
DVOS QVAM POST MORTEM EXPOLIA
VIT FRATER TVVS EVGENIVS
SIC ILLI REDDAT DEVS
ET SPIRITVS TVVS
QVI ME FECIT SIC NVDAM REMANERE
INFELICEM MEMORIAM

Ex Alciato *n.* mihi 32. cui, inquit ibid. Cotta, exſcriptum ab aede D. Valeriae dedit Epitaphium *Calviſius Arulenus Municeps meus dolentibus ob nimiam interpretandi moram ſibi, ut ajebat, poplitibus.* Forte ne ex Abbatia Sexti non procul Angleria translatum marmor ad pavimentum S. Valeriae? Eo loci Appianus *pag.* 41., & ex Appiano Gruterus *pag.* 1051. *n.* 11. ſitum tradunt. Muratorius *pag.* 1858. *n.* 2. nullibi ex Cicerejo locat, notam addens „ M. M. *ideſt ut opinor* MEMORIA". Catellianus Cotta patheticam habet heic oratiunculam in Eugenium, cujus impietatis in Diſcordiam Fratris ſui Leucadii Uxorem perpetuum, ait Alciatus, teſtimonium haec praeſtat Inſcriptio.

LVII

Ciniſelli in agro Mediolanenſi

in atrio palatii elegantis Villae Comitis Donati Silvae.

Libaniolus. IN SOMNIS PACIS
*re*QVIESCIT BONÆ M*e*
*mo*RIAE LIBANIOLVS QV*i vi*
*xi*T . M . XI . DX . CVI PARE*nt*
es CONSTANTIVS ET MAGN*a*
VIVM POSVERVNT σ

Hanc non ſatis emendatam protulit Muratorius *pag.* 1903. *n.* 3. VIVM forte VIVI CONSTANTIVS ET MAGNA poſuerunt.

LVIII
Mediolani
in S. Victoris olim.

Lucillus.

MARITO DVLCISSIMO IXV
PIRIA LVCILLO CARISSIMO QVI
VIXIT ANNOS XXXV MENSSES
II CVM COMPAREM SVAM IXV
PERIA VIXIT ANNOS XIII M
ENSES VIII . DIES XXII

Muratorius *pag* 1895. *n.* 5. ex Cicereji Schedis. Explico heic *Comparem* Exuperiam, ſicuti in primo Epitaphio Conſulari *Virginiam*, ideſt *Conjugem*. Quum vero ea vox *Virginii* pertineat ad utrumque ſexum, uti patet ex illo Epitaphio, ita vox *Comparis* in hac Epigraphe *Lucilli* ſpectat ad eundem, & in altera infra *Enniae Verae* afficit *Campaniarum*, quod etiam videre eſt *n.* XLIX. An vero hae voces & ſphalmata, quin imo locus lapidis ſufficere poſſint ad conſtituendam Inſcriptionem Chriſtianam, alii viderint.

LIX
Mediolani
ſub porticu interiori Bibliothecae Ambroſianae,
olim in Muſeo Septaliano.

Macaria.

ЄΝΘΑΔЄ ΚΑ
ΤΑΚΙΤЄ ΠЄΔΙ
ΟΝ ΜΑΚΑΡЄΑ
ΣΗϹΑϹΚΜЄL
ϹΜΗΝΑϹ ΠЄ
ΝΤЄ

Hic jacet Puella Macaria vixit XX. *dies menſes quinque*. Inter Chriſtianas Inſcriptiones hanc, qui velit, locet.


LX

LX

Mediolani

in Collectione Archintea apud S. Bartholomaeum.

Manifret seu Manfredus.



Infra Arbor, ad quem Agnus minorem gestans Crucem pede anteriori laevo inverso. Legendum: *Bonae Memoriae. Hic requiescit bonae memoriae Manifret, qui vixit in hoc Saeculo annos plus minus* LII. *Depositus est sub die pridie Idus Januarias*, ideft die XII. Januarii, *Indictione* II. Affertur hoc Epitaphium non satis emendatum a Muratorio *pag.* 1096. *n.* 6. cum hac notula: *Manfrito idem atque Manfredus nomen Langobardicum.* Extabat olim, ait Pucinellus *pag.* 11. *n.* 44. in Ecclesia Colleg. Galliani prope Canturium in agro Mediolanensi. Ego exscripsi ab ipso lapide in viridario Mediolanensi domus olim Comitis Octavii Archinti Collectoris.

LXI

Mediolani

ad S. Ambrosium.

Manlia Daedalia.

MARTYRIS AD FRONTEM RECVBENT QVAE MEMBRA SEPVLCRO
VT LECTOR NOSCAS EST OPERAE PRECIVM
CLARA GENVS CENSV POLLENS ET MATER EGENTVM
VIRGO SACRATA DEO MANLIA DAEDALIA
QVAE MORTALE NIHIL MORTALI IN PECTORE VOLVENS
QVO PETERET CAELVM SEMPER AMAVIT ITER
SEXAGINTA ANNOS VICINO LIMITE TANGENS
RETTVLIT AD XP̄M CELSA PER ASTRA GRADVM
HAEC GERMANA TIBI THEODORVS FRATER ET HAERES
QVAE RELEGANT OLIM SAECLA FVTVRA DEDI

Gruterus hoc Epigramma habet more ſuo cum punctis *pag.* 1055. *n.* 7., atque hanc Sanctimonialem Foeminam falſo dicit Martyrem. De ea *V.* Puricellium *Monument. Baſilicae Ambroſianae pag.* 28., & Carolum Baſilicae Petri *Fragment. Hiſt. Mediolan. pag.* 3., qui putat ad frontem Martyris Nazarii hos verſus extitiſſe nobis ab Alciato ſervatos. Sed Alciati Codicem non vidiſſe Carolum manifeſtum eſt; quippe Alciatus ad hoc Epicedion *n.* mihi 22. habet: *Juxta Protaſii Oribaſiique* (Gervaſii) *Martyrum Sedem adeſt & Manliae Daedaleae conditorium cum hoc non ineleganti Epigrammate, quod quamvis omnino vetuſtum non ſit* (nempe Seculi Auguſtaei), *non tamen praetermittendum cenſui, cum inde appareat ſolitos veteres pietatis cauſſa curare, ut juxta Sanctorum tumulos conderent.* Ergo non in templo longinquo S. Martyris Nazarii, ſed prope Sacellum S. Victoris Martyris, dictum S. Satyri, juxta arcam Regis Bernardi ſub ſcala majori Monaſterii Ambroſiani, ubi lapidem exſcripſi.

LXII

Mediolani

in D. Ambroſii.

Marcellina.

MARCELLINA TVOS CVM VITA RESOLVERET ARTVS
SPREVISTI PATRIIS CORPVS SOCIARE SEPVLCRIS
DVM PIA FRATERNI SPERAS CONSORTIA SOMNI
SANCTORVMQVE CVPIS CARA REQVIESCERE TERRA
NIL LONGINQVA DOMVS CASTO DECERPIT AMORI
AFFECTVS NEC MORTE PERIT . NAM MVNERE LETHI
RVRSVS VICTA SOROR FRATERNAE REDDERIS VMBRAE
QVAMVIS MAGNA PIO SVSPIRET ROMA DOLORE
TERTIA QVOD SACRI PATITVR IAM DAMNA SEPVLCRI
NEC TAMEN ANGVSTAM SEDEM QVIS DIXERIT AVLAE
CORPORIS HAEC DOMVS EST. NAM TE PIA VIRGO SVPERNVM
ACCIPIT IMPERIVM PLACIDAE POST MVNERA MORTIS
AETERNAE CHRISTVS PRETIVM TIBI DESTINAT AVLAE
PRAEMIA DANS CASTIS INTACTAE MATRIS HONOREM
TE MEDIVS IVLI TRANSCENDIT FERVIDE CVRSVS
ET TE VIRGO TVVS TRANSVEXIT AD AETHERA SPONSVS

Retulerunt Scriptores varii hoc funebre carmen, atque inter eos Gruterus ex Alciato, aliiſque *pag.* 1055. *n.* 6. annotatque ad calcem variantia nempe verſu 7. loco *Victa* legi *tacta*, & verſu 12. *placidaeque ad*, & 14. *honore* pro *honorem*. Sed ego malui ex Alciato *n.* mihi 21. illud tranſcribere, qui ex Cyriaco Anconitano, qui marmor vidiſſe dicendus eſt, hauſit, & Marcellinam his verſibus laudatam putat a Simpliciano, qui Ambroſio in dignitate ſucceſſit, obiitque ad calculos Saxii anno 1400. Quod fieri potuit inductione a nono verſu petita, nempe Marcellinam ſupervixiſſe Satyro & Ambroſio Fratribus, atque ad Superos evolaſſe Praeſule Simpliciano die XVII. Julii, uti volunt P. P. Bollandiani ad Boſcam in Martyrologio, circa annum veroſimilius 398. aut 99. Afferunt & ii quidem aliam hujus Epicedii lectionem ex Codice Romanae

manae Basilicae S. Petri, sed nihilo ceteris meliorem. Alciati quoque lectionem tenuit praeter τὸ *juncta* in versu 7. Benedictus S. M. Praesbyter Cardinalis & Archiepiscopus noster Erba Odescalcus, qui recognito in crypta S. Ambrosii prope eundem, SSq. Gervasium & Protasium Marcellinae corpore, cryptam eandem magnifice instauravit & altare ibidem refecit ex marmore, adjectis utrinque Inscriptionibus in nigro lucidoque marmore charactere inaurato incisis, quarum prima ad latus Evangelii eadem est, altera in cornu Epistolae sequens:

D. O. M.
CORPVS S. MARCELLINAE VIRGINIS
SORORIS SS. AMBROSII ET SATYRI
SVB EXITVM SECVLI IV.
IN HOC HYPOGEO AMBROSIANAE IMP. BASILICAE
A S. SIMPLICIANO AD ORIENTEM CONDITVM
RESTITVTO NVNC IN PRAENOBILEM FORMAM
EODEM FANO VETVSTATE CONFECTO
ET ALTARI AEDIFICATO GRANDI AERE SVO
PIENTISSIMVS CARD. ARCHIEPISCOPVS
BENEDICTVS ODESCALCVS
SOLEMNI SVPPLICATIONE CIRCVMLATVM
IN EIVSDEM ARAE MENSA
PAVLO PROPIVS
INFVLATI FRATRIS TVMVLVM
COLLOCABAT
ANNO MDCCXX

Sed hactenus supplicatio, praedictaque collocatio in Votis hominum sunt. Quippe dum ea pararentur, quae ad tantam celebritatem necessum erant, Benedictus saeva apoplexi correptus vita tandem defunctus est, permanente adhuc in Sacrario Canonicorum, ubi interim fuerat delatum, Sacro Marcellinae corpore; de cujus possessione & veritate apud Mediolanenses vide *Differt. Hist.* Josephi Septimii a Laude editam Mediolani 1725. in 4.

LXIII

Mediolani

ex Codice Bibliothecae Palatinae.

Marina.

SANCTORVM EXVVIIS PENITVS CONFINE SEPVLCRO
PROMERVIT SACRO DIGNA MARINA SOLO
TER DECIES BIS TERQVE SIMVL TRANSEGERAT ANNOS
CVM PETIT AETHERIAS NOMINE IVSSA VIAS
VITAE SVMMA BREVIS SED CASTAE GLORIA FAMAE
TEMPORIS ANGVSTI CONTINVAVIT OPES

Hoc Eulogium habet Gruterus *pag.* 1167. *n.* 4. atque ab eo ediscimus, vix post annos sexaginta tres emeritae castitatis Marinam obtinuisse ut apud Martyres sepeliretur.

LXIV

LXIV

Mediolani

in S. Valeriae olim.

Marinus.

D. M.
AVRELIVS MAHES
TINVS MARINO QVI VI
XIT IN SAECVLO ANNOS XL
M. VI. D. XIIII. VALERIA
MAXIMINA CONIVGI
DVLCISSIMO CONTRA
VOTVM POSVIT

Sic Alciatus *n.* mihi 34., qui lapidem hunc in pavimento S. Valeriae semifractum ita legi posse arbitratus est. Ita etiam Appianus quo ad locum *p.* 41. Aliter Gruterus *pag.* 1050. *n.* 4. eum statuens in S. Francisci, legensque *Marinus*. Verum Smetius rem forte acu tetigit *fol.* 172. *n.* 5. dum scribit *Aurelius Mahes filius Marino*. Habet quoque *vers.* 5. D. XIII. *Mahes* sane, nomen familiae, bis apud Gruterum reperitur.

LXV

Mediolani

olim in vestibulo S. Victoris arca silicea utrinque scripta.

Martinianus.

In facie

D. M.
BONAE MEMORIAE ET DOMVI MARTINIANI EX P
ROTECTORIBVS ETERNAM SEQVRITA
TEM. CER MENDACIS QVIS IVSTVS
PIENTISSIMVS BENEMERETVS IN SE
QVLVM. ANVS MILITAVIT XLV
ET VIVET ANN. N. LX. ET SPERO
ME VIVERE ADVC ANVS N LXXXXVIII
MESES VI DIES III ET. N. DE IN
ARCAE HIC SI CIS REMOVERE VOS
QERET AVT APERIRE AVT VELLET ALIVM
QVRPVS DAVIT IN FESCV AVRI P. I.

In latere dextro
sub Stella
LVCIFER
sub Sole
ET SOLE
In latere laevo
sub Stella
ANTIFER
Sub media Luna
& Monogrammate
Christi cum Alpha
& Omega
ET LVNA PERIME
VERTVTEM
ET GELORIAM
FELICE MARTI
NIANO EREDES
FACOLETATEM
VIVOS SIBI
FECET HOC

Ex Alciato *n.* mihi 42., a quo & a Pighio ait Gruterus *pag.* 1056. *n.* 1. 2. se excepisse. Tum ex Cicerejo Muratorius *pag.* 1909. *n.* 5., qui haec docte subjecit: „ Dederat & Reinesius *Class.* XX. *n.* 446. sed mancam, sed non satis ad fidem mar-
„ moris

„ moris expreſſam. Chriſtiani hominis Monumentum videtur, quanquam D. M. in
„ fronte occurrat; quae ſiglae in hac Inſcriptione fortaſſe ſignificant *Deo Magno*.
„ Verum eſt heic quod mirere. Vel a ſui exordio Chriſtianorum Religio averſata
„ atque abominata eſt Aſtrologorum Genethliaca, ceteraque ſomnia *Mathematicorum*,
„ uti tunc ii appellabantur. At MARTINIANVS iſte fidem iis habuiſſe non mo-
„ dicam deprehenditur. Nam vivens atque agens annum aetatis ſexageſimum ſibi tu-
„ mulum paravit; ſed ſimul ſperans ſe vitam producturum uſque ad annum nonageſi-
„ mum octavum cum dimidio & ultra. Propterea ibi vides inſculptas figuras Solis,
„ Lunae, ac Stellarum, ibique eorum nomina legis. ProCER MENDACIS Reine-
„ ſius imperioſe ait: *Lege* CREMONENSIS CIVIS. Nemo audacem adeo conje-
„ cturam, ſeu emendationem probet. Me coecutire heic lubentius fateor. Demum
„ Martinianus iſte fuit EX PROTECTORIBVS, quos nunc vulgariter *le Guardie*
„ *del Corpo* Auguſtorum & Principum nuncupamus". Quod idem Alciatus hoc loco dixerat, Protectoris nomen Imperatorii Satellitii eſſe: ineptam autem & barbaram Inſcriptionem a ſe poſitam, ut ſcirent curioſi qui vulgaris ejus aetatis hominum ſermo eſſet; *arbitror enim*, ait, *materni idiomatis ea fuiſſe verba quae inibi leguntur*.

LXVI

Mediolani

in S. Franciſci olim.

Meliſſa.

CORPORE DEVICTO MORITVR QVICVNQVE SVPER STAT:
DANT LETHI LEGEM CRIMINA SOLA HOMINI.
NIL TIBI VIRGO PERIT: CARNEM MENS PVRA REFVDIT,
QVAE NVNQVAM MVNDI VIXIT IN OBSEQVIIS.
FVNERA BVSTA ROGI SCELERVM STIPENDIA CESSENT.
DE VITA AD VITAM TRANSITVS ISTE PLACET.

Ex Pucinello *pag.* 68. *n.* 2. Haec ſunt Ennodii carmina, quae legas apud Sirmondum T. 1. *pag.* 1115. Epitaph. VI. Aliud item eſt *pag.* 1140. *n.* 117. Domnae Meliſſae inluſtris Foeminae Epitaphium ab eodem S. Vate compoſitum. Sed an haec Mater, vel Glos, aut aliter conjuncta fuerit Meliſſae noſtrae, & ubi locatum Epicedion ignoramus.

LXVII

In Monte Briantaeo agri Mediolanenſis.

An adhuc ibid. aut alibi aſſervetur ignoro.

Merabaudus ſive Merobaudus.

HIC ☧ REQVIESCIT ☧
MERABAVDVS ☧
V . C . QVI . . . .
. . . .

Ex

Ex Muratorio *pag.* 1913. *n.* 7. ubi ait „ Si conſtaret *Merobaudem* V. C. & ter „ Conſulem, a Maximo Tyranno interfectum fuiſſe in Inſubribus ſub finem Saeculi „ quarti a Chriſto nato, conjecturae locus foret ſpectare haec ad illius Sepulcrum “. Sed heic forte non *Vir Conſularis*, ſed dumtaxat *Clariſſimus*. Vide ſupra annot. ad *n.* II.

LXVIII

Mediolani

ad Baſilicam Colleg. S. Nazarii olim.

Nazarius M.

CONDIDIT AMBROSIVS TEMPLVM DOMINOQVE SACRAVIT
NOMINE APOSTOLICO MVNERE RELLIQVIIS.
FORMA CRVCIS TEMPLVM EST TEMPLVM VICTORIA CHRISTI
SACRA TRIVMPHALIS SIGNAT IMAGO LOCVM.
IN CAPITE EST TEMPLI VITAE NAZARIVS ALMAE
ET SVBLIME SOLVM MARTYRIS EXVVIIS.
CRVX VBI SACRATVM CAPVT EXTVLIT ORBE REFLEXO
HOC CAPVT EST TEMPLO NAZARIOQVE DOMVS.
QVI FOVET AETERNAM VICTOR PIETATE QVIETEM
CRVX CVI PALMA FVIT CRVX ETIAM SINVS EST.

LXIX

Mediolani

Alterum Epigramma.

QVA SINVATA CAVO CONSVRGVNT TECTA REGRESSV
SACRATAEQVE CRVCIS FLECTITVR ORBE CAPVT:
NAZARIVS VITAE IMMACVLABILIS INTEGER ARTVS
CONDITVR EXVLTANS HVNC TVMVLI ESSE LOCVM.
QVEM PIVS AMBROSIVS SIGNAVIT IMAGINE CHRISTI
MARMORIBVS LIBYCIS FIDA SERENA POLIT.
CONIVGIS VT REDITV STILICONIS LAETA FRVATVR
GERMANISQVE PIIS PIGNORIBVS PROPRIIS.

Primum Epigramma affertur a Landulpho Seniore *lib.* I. *cap.* 5., qui vixit Seculo XI. atque ab eo dicitur S. Ambroſii. Fontana in ſuis ad Archiepp. noſtrorum Catalogum Annotationibus MSS. apud Puricellium *Differt. Nazar. cap.* 37. idem aſſerit in priſco Codice haberi; quin imo Andream Alciatum in Antiquario legiſſe: *Aurelius Ambroſius Epiſcopus* in fine hujuſmodi fragmenti, literis majuſculis inciſi, extantis in fornice aediculae Craſſorum. Sed in Codice Alciatino Cottiano, quem volvo, nihil eſt. Forte in alio poſteriore additum hoc Monumentum.

Secundum habet Calchus *Hiſt. Patr. lib.* 3. ad annum 404., quod praedictus Fontana apud Puricellium *cap.* 58. ait extaſſe in rotunditate Templi. Verum ipſe Fontana,

tana, aliique in ultimo versu scripserunt *Germanisque suis* loco *Piis*, de quibus, tum de Serena, cum de Stilicone Comite & Consule apud Theodosium Seniorem, videndus ibid. Puricellius. Habent quoque haec Epigrammata Sirmondus in notis ad *Hymn.* IX. Ennodii *de S. Nazario*, Gruterus, aliique.

Nos vero haec adduximus vetera carmina, quae locum habent Epitaphii S. Martyris.

LXX

Mediolani

sine loco.

Nona vel Maternus.


✠ NONE . . . .
MATERNI . . . .
ILLIC . . . .
NVLFVS . . . .
MARCI . . . .
VNCVL . . . .
IACET . . . .
REOL . . . .

Ex Muratorio *pag.* 1916. *n.* 6. Crux praemissa satis indicat hoc Epitaphium ad Christianos pertinuisse.

LXXI

Mediolani

in Collectione q. Comitis Octavii Archinti apud S. Bartholomaeum.

B  M

Odelbertus.

HIC REQVIESCIT
IN PÆODELBERTS
QVIVIXITIN SECLO
ANNOS PL.M.LXII DPs
EST SVB.D.XVIIII.M
ÆRIE MEMBRÆREDIT
TMVM ANIMA ELE
VAT OLIMPO E

tumulum pro tumulo:
anima elevatur Olympo

Muratorius *pag.* 1918. *n.* 4. cum hac nota „ Langobardicum aut Francicum nomen Odelbertus “. Pucinellus tradit *pag.* 12. *n.* 60. hoc marmor fuisse delatum ab Ecclesia S. Vincentii Galliani prope Canturium in agro Mediolanensi, literasque habet ruditer adeo efformatas & implexas, ut in eadem typis edita Collectione Archintea, & a Muratorio ultimi tres versus omissi fuerint, quos nonnisi longa super lapidem meditatione exspiscatum me esse profiteor.

LXXII

Mediolani

Osius. *olim in S. Francisci vestibulo mensa marmorea.*

LVX PATRIAE SVBLIME DECVS P̄R̄ OSIVS VRBIS
MVNDO FLENTE IACENS CONDITVR HOC TVMVLO
HVNC ĪMĪ POPVLVS NVNC LVGEAT OMNIS
NOVERIT VT TANTI PIGNVS OBISSE VIRI
COMMVNIS PLACIDVS HILARIS IVCVNDVS HONESTVS
MORIBVS HIS VRBEM FECERIT ESSE SVAM
CELSA DOMVS PROAVVSQVE POTENS VENETAE ARBITER ORAE
SED MERITIS MENTIS VICERAT ISTE GENVS
PRIVATAE COMES ATQVE REI PROVECTVS IN ALTVM
SACRARVM MERVIT SVMERE IVRA COMES
PATRICIVM CVLMEN GRADIBVS CONSCENDIT HONORIS
CREVIT ET EX TANTO PRAESVLE CENSVS HONOR
DOMNICA SED CONIVNX RETINET COM̄VNE SEPVLCRVM
IVNCTA TORIS QVONDAM IVNGITVR ET TVMVLIS


Apud Gruterum *pag.* 1056. *n.* 8. ex Alciati Codice MS. *n.* mihi 27., qui Osium sacrarum largitionum, vel alterius dignitatis sicut privatae rei aut Vestium, aut Fisci Imperialis Comitem, aut a Principis Consilio Patricium in aula fuisse putat.; annotatque compendiarium scribendi modum IMI pro *Mediolani*. Ejus autem Uxor *Domnica* insimul tumulata. Praesul ergo Osius, sive Praeses aut Praetor, qui *Pater* dicitur Urbis Mediolani, erat Palatinus Comes privatae rei, & Comes sacrarum Largitionum, & Patricius, cujus Proavus Consularis vel Corrector Venetiae & Istriae.

LXXIII.

Mediolani

in pila dextera ante januam Templi Ambrosiani.

Pantaleon.



Hanc Epigraphem characteribus latino graecis barbaris Cruci oblongae, cui Christus

ſtus Agnus inſidet, ſuppoſitam, quae marmore inſculpta eſt, edidi jam Diſſertatione II. *Monument. pag.* 23. cum explicatione in Indice *pag.* 184. : *Pantaleoni Domino iſte locus*.

LXXIV

Mediolani

olim in S. Victoris M.

Polichronius.

B. M.
IN COMMEMORATIONE
EVSTASIA MATER FILIO
POLICHRONIO FID
QVI VIXIT ANNOS III

Ex Alciato *n.* mihi 39. Exſcripſit Gruterus *pag.* 1057. *n.* 8. additis punctis, & *i* pro *o* in *Annos*. *Fid.* lege *Fideli* ideſt, qui ingruente morte Baptiſmum ſuſceperat. Altera gentilis Aurelii Polychronii Inſcriptio affertur ab Alciato *n.* mihi 99. extabatque in arca, quam ſibi vivens fecerat.

LXXV

Mediolani

olim in S. Vincentii.

Provinus.

B PROVIN A ☧ ω INNOCINI M
QVI VIXIT IN SAECVLO ANN. VII. M. IIII. D. XI
GREGORIVS ET PROBINA FILIO PIENTISSIMO
IN PACE POSVERE IND. V. DP. IIII. IDVS FEB.

Muratorius *pag.* 1930. *n.* 1. Provino ſive *Probino innocenti*.

LXXVI

Mediolani

in S. Franciſci olim.

Ruſtica.

RVSTICA PERPETVAE NON TE SORS
PALLIDA VITAE SVSTVLIT. IN
TERITVM NEC TIBI MORTE DEDIT.
PVRIOR AETHERIAS GRADERIS
SINE CARNE PER ARCES. NAM VITAM
CASTAE FVNERA NOBILITANT.
QVOD MIRVM VIDVATA TIBI SAT
CONSTITIT AETAS. CONIVGIS AD NA
TVM CVM BENE DVCTVS AMOR.

Sic Alciatus *n.* mihi 20. Gruterus *pag.* 1059. *n.* 2. habet in fine *Junctus Amor*. Versus Ennodii sunt apud Sirmondum *pag.* 1115. *Epitaph.* v., quod asserit sculptum in lapide ibid., legitque *Ductus Amor*.

LXXVII

Mediolani

ex Codice Bibliothecae Palatinae.

Satyrus.

VRANIO SATYRO SVPREMVM FRATER HONOREM
MARTYRIS AD LAEVAM DETVLIT AMBROSIVS
HAEC MERITI MERCES VT SACRI SANGVINIS VMOR
FINITIMVS PENETRANS ADLVAT EXVVIAS.

Apud Gruterum *pag.* 1167. *n.* 2. qui Satyrum, sicut ejus Sororem Marcellinam, in *Indice* facit arbitratu suo Martyres. Sed hoc tetrastichon jam fuerat a Dungalo Scriptore Teologo IX. Seculi adhibitum adversus Claudium Taurinensem. V. Bibl. PP. Lugdun. *Tom.* 14. *pag.* 223.

LXXVIII

Mediolani

olim in Porta Vercellina

in pariete domus Capellorum e regione fere S. Petri in lintre,

vulgo S. Petri Lini.

Severianus.

HIC QVIESCIT IN PACE SEVE
RIANVS EILLVS CRISPINI ET
INNOCENTIAE QVI VIX. AN
NVM MEN III. D. VI. RECES
SIT K. NOV.

Gaudentius Merula ita protulit hunc lapidem *lib.* I. *cap.* 5. edit. Lugdun. Gryph. 1538. in 8. *pag.* 54. Smetius apud Gruterum *pag.* 1059. *n.* 7. ex Pighio transfert hoc marmor Novariam, legitque absolute pro Eillus *Filius*.

LXXIX

Mediolani

olim in Xenotrophio S. Ambrosii.

Silvinus.

SILVINO NEOFITO
QVI VIXIT IN SAECVLO ANN
XI MENSES V DIES X
VIRILIANVS ET LAPADIVS
ALVMNO SVO INNOCENTI
MEMORIA POSVERVNT


Alciatus

Alciatus *n.* mihi 121. atque ex eo Sponius *Sect. 9.* Sed Gruterus minus exacte *pag.* 1060. *n.* 3., & Appianus *pag.* 47. itemque Smetius *T.* 4. Gruteri *pag.* 354. scribunt *Sylvano*. Sed male. Etenim Catellianus Cotta cum Alciato legit I, imo ex hoc nomine contendit primum I in *Silvani* nunquam per Ypsilon scribendum. Neophytus qui nuper ad fidem accessit, & recepto baptismate citius interiit. Marmorea autem mensa in angulo porticus Valetudinarii *erat*, inquit, *ita pulchris conscripta notis, ut pridie ejus diei, quo illud reperi, fabrefactum marmor videretur*.

LXXX

Cinisselli in agro Mediolanensi.

Tealisinia.



Exscripsi e marmore grandibus rudibusque literis inscripto apud eruditissimum Comitem D. Donatum Silvam. *Tealisinia*, sive *Tealisinta* nomen Langobardicum sicuti *Theodolinda*. Columba cum temone iter ad Caelum.

LXXXI

Mediolani

olim in S. Ambrosii.

Tigris.

A ☧ ω

TIGRIS SE VIVA FECIT SIBI DOM

. . . . . NALEM

Ex Muratorio *pag.* 1949. *n.* 10. cum hac nota „ Idest DOMVM ETERNA-„ LEM phrasi Ethnica, quanquam Christianae Mulieris “. Fabrettus Vir eruditissimus *cap.* 2. *pag.* 112. & *pag.* 113., quum similem quasi lapidem exposuisset praeter alia haec habet: *Domus aeternae commemorationem, non a Gentilitate, sed a sacra potius pagina desumtam opinari debemus. Quippe in libro* Ecclesiastici *cap.* 12. *vers.* 5. *ita habetur: IBIT HOMO IN DOMUM AETERNITATIS SVAE ET PSALMO* 48. *vers.* 12. *SEPULCRA EORUM DOMUS ILLORUM IN AETERNUM*.

Sed

Sed vere Franciſcus Ciccerejus in MSS. Biblioth. Ambroſ., a quo Muratorius hanc deſumſit Epigraphem, videtur ſibi legiſſe: *Domum carnalem* primis tamen tribus literis ſignatis, ut corroſas oſtenderet. Quod quamvis ſine facili exemplo eſſet, attamen ex aliqua Jobi ſententia poſſet confirmari.

LXXXII

Mediolani

apud Sacellum D. Auguſtini olim.

Valeria.

M. M.
VALERIAE QVAE VIXIT ANNIS V
MENSIS II DIES V AQVILINA FILIE
KARISSIME CONTRA VOTVM POSVIT

Exſcripſi e Codice Monaſterii Ambroſiani *n.* 104. *fol.* 52. verſo, ubi Scriptor Codicis notat lapidem hunc *erutum apud Sacellum D. Auguſtini prope Eccleſiam S. Ambroſii majoris an.* 1675. Anne haec potius Chriſtiana Inſcriptio quam illa alterius Valeriae, quam uti paganicam edidi in Monumentis *pag.* 168. ad fidem marmoris? Unde Alciatus dupliciter in Antiquario *n.* mihi 45. corrigendus, tum quia hanc alteram minus fideliter referat, tum quia eam Valeriam ad Verginiorum familiam non minus quam Cotta adducat. *Valeria* enim, ſicuti legitur in marmore, *Virginia mea* nihil aliud apud Peritos Antiquitatum ſonat quam *Valeria Conjux mea*.

Narrat autem Cotta effoſſa arca ejus ethnicae Valeriae ſilicea, apertaque, duorum corpora, *Uxoris*, ait, *arbitror & Mariti*, *inventa ſunt omnibus integris membris praeter naſi ſummum & veſtes*, *quae etſi coccinae eſſent*, *atque adhuc inter ſe conſertae*, *vel ſolo tamen tactu rumpebantur*, *& cadebant*.

Pucinellus *pag.* 34. prope arcam hanc ad liminare portae Eccleſiae Sancti Celſi modo ſtratam, alteram ait extitiſſe Cyrilli Conſtantinopolitani literis Graecis inſcriptam, cujus Epigraphe nunc extat Laudae Pompejae teſte P. Zacharia in Serie Epp. Laudenſium *pag.* 11., & habetur in Antiquario Alciatino *n.* mihi 46. cum interpret. & annot. Alciati ejuſdem & Catelliani Cottae. Quomodo autem dubium magnis hiſce viris fuerit, an *Cyrillus* iſte poſſit eſſe *Cyrinus*, qui cum Celſo Nazarioque eadem die a nobis colitur, ego ſane non video, quum nulla ejus Orthodoxiae neque in titulo, neque in ſaxo veſtigia deſcripſerint.

LXXXIII

Mediolani

in S. Franciſci olim.

Valerius.

VALERIVS QVI
VIXIT IN SAECVLO
ANN. XL. M. X. D. V
IANVARIVS EXORCISTA
SIBI ET CONIVGI FECIT

Apud

Apud Gudium *pag.* 371. *n.* 8. ex Codice Francifci Redi, & Muratorium e Schedis Farnefiis & Fratris Jucundi *pag.* 1954. *n.* 5., & Gruterum *pag.* 1060. *n.* 9. ex Alciato *n.* mihi 29., qui cum Cotta haeret an *Exorciſtae* nomen vulgari appellatione cum Ulpiano accipiendum fit pro *Incantatore*, qui morbos imprecationibus expellere putaret Medici appellatione indignus. Quod fane praecedenti formulae *vixit in ſaeculo* minus refponderet, fi alia praefertim adeffent figna Chriftianitatis, propter quae fummi Viri inter Chriftianas hanc Epigraphem collocarunt.

LXXXIV

Mediolani

olim in aede S. Leonides.

Valerius Polychronius.

B . M . M . VALERI POLYCHRONII
ECCLESIAE CATHOLICAE
ANNO CENTESIMO QVARTO

Ita Muratorius *pag.* 1954. *n.* 7. e Schedis Fratris Jucundi, & Comitis Francifci Brembati cum hac annotatione. „ Quae nam fit Epocha ifta anni CIV. Ecclefiae „ Catholicae dum quaero, nihil aliud fuccurrit, nifi ab Arianis reftitutum fuiffe „ Templum illud Catholicis, ejufque facti memoriam ad pofteros fuiffe tranfmif- „ fam annos numerando ab illo feliciffimo die “. Templum S. Leonides Mediolani ignotum. Fortaffe haec Infcriptio in aedibus privatis Sancti Leonides. Sed majora heic obfervamus cum Corfinio *Differt.* 2. ad Notas Graecorum *n.* VII. numerum nempe illum centefimum quartum ad longaevam Polychronii aetatem atque ad ejus fortaffe nomen revocandum effe, & exefum mutilumque marmor ita fupplendum ut fenfum hunc efficiat: *Bonae Memoriae M Valerii Polychronii* qui obiit five depofitus eft in pace *Ecclefiae Catholicae* aetatis *anno centefimo quarto*. Ex ineditis enim Donii Schedis ficuti *pag.* 182. litera L in nomine Polychronii lambda eft, ita poft *anno* punctum habetur fic ANNO.CIIII., qua interpunctione abbreviatam annorum vocem intelligas, quae ad fuperiora, quae exciderint, referatur.

LXXXV

Mediolani

exſcripſi in aedibus q. celeberrimi Hieronymi Cardani, nunc doctiſſimi Viri Antonii Joſephi a Turre Rezzonici.

HIC R . . . . *requieſcit*
IN PAC. . . . . e
A QV . V. . . . . . . *quae vixit*
. . . .
. . . .
X . DEPOS . . . . .
INDORT . . . . . . *Indictione quarta*

Ex A fuperftite in *lin.* 3. apparet nomen Foeminae fuiffe praecedenter fcriptum.

LXXXVI

LXXXVI

Mediolani

exscripsi e marmore nunc detecto prope januam lateralem S. Mariae Podonis, cujus primi tres versus literis constant implexis, sive ut ajunt catenatis.

✠ HIC REQVESCT IN PACE B. M.
LEO HV PREST QVX T IN H SEL° AN
P. M. LII. M. VII. D. IX. M DECAB IND XI
FELICITER MIGRAVIT AD DOMINVM

Quamvis haec Inscriptio ex charactere & loco non videatur Seculo nono praeferenda, eam tamen quia ineditam, veteribusque Epigrammatis fere omnino similem heic placuit conlocare. *Honorabilis Praesbiter bonae memoriae Leo qui vixit in hoc Seculo annos plus minus* LII. *menses* VII. *dies* IX. obiit seu *feliciter migravit ad Dominum mense Decembri Indictione* XI. Et nisi aliunde huc fuerit marmor translatum, potuit fortasse hic Leo primus aut ex primis esse Rectoribus hujus Ecclesiae Praesbiteris a Primicerio institutis ex Charta donationis eidem factae a Werulfo cognomine Podone anno 871. qui eam aedificaverat. Eruditam hujus Chartae illustrationem habes a Comite Julinio *Memorie Milan. T.* I. *lib. 6. pag. 36. seqq.*

LXXXVII

Mediolani

extra Sacrarium Ecclesiae S. Mariae apud S. Satyrum.

SIMPLICIΛF . ΛCVTILIΛF
QVF . VIXIT . ΛNN . VII . M . VI . D . . .
FFLIX . QVI . FT . ΛCVTVS . FT . SIMPLICIΛ . IVG

Alteram heic habes a me exscriptam Epigraphen non ita pridem cognitam, quam Filiae jam septenni Felix cum agnomine Acuti & Simplicia jugales posuerunt. Oblongo charactere scripta est in silice, literasque habet A, quod alibi etiam saepe reperitur, sicut lambda, & E velut F, nisi suprema linea aliquantulum transversa assurgeret. Ad priora tempora Christiana pertinet, sed an vere Christiana sit quis edicat?

Heic addi possent loco Epitaphiorum Elogia ab Ennodio contexta XII. *SS. Antistitum Mediolanensium a S. Ambrosio in S. Laurentium, de quibus plura cecinit D. Vates apud Sirmondum* T. I. col. 1131. seqq. edit. Venet.

EPI-

EPITAPHIA TICINENSIA

SINE TEMPORUM NOTIS.

LXXXVIII

Ticini

ad S. Petrum in Caelo aureo.

Boetius.

MOEONIA ET LATIA LINGVA CLARISSIMVS ET QVI
CONSVL ERAM HIC PERII MISSVS IN EXILIVM
ECQVID MORS RAPVIT? PIETAS ME VEXIT AD AVRAS
ET NVNC FAMA VIGET MAXIMA VIVIT OPVS

Tria ſunt Epitaphia, quae varios ſucceſſive Boetii ſarcophagos exornaſſe dicuntur, & a Mazzuchellio in Scriptoribus Italicis art. *Boezio* adferuntur. Verum quod adhuc legitur charactere nigro depictum in arca lateritia, quae extat Ticini in Sancti Petri in Caelo aureo, illud eſt quod modo attuli, atque ex humilitate loculi authenticum eſſe dicerem ſi formam characterum inſpicere potuiſſem. Ab exemplo tamen ejus, qui hoc Epigramma fideliter exſcripſit, antequam aſſeribus obduceretur, video *lin.* 3. legendum *Pietas*, cujus vice *Probitas* communiter ſcriptum eſt.

Secundum hoc Epigramma, quod ſex conſtans verſibus efferri ſolet, nonne potuit circa Sarcophagum appingi ab Auditoribus ſuis? En quale illud reperi in fine Codicis Bibliothecae Eccleſiae Modoetienſis ſcripti anno 1390. ibidemque ſignati Q. XV.

IN HOC SARCOPHAGO IACET BOETIVS ARCTO
MAGNVS, ET OMNIMODE MIRIFICANDVS HOMO.
HVNC SOPHYA SVIS PRAE CVNCTIS COMPSIT ALVMNIS,
QVAM, SIBI GRANDE DECVS, CONTVLIT IPSE DEVS.
FACTVS ENIM CONSVL, CVM NATIS IPSE DVOBVS,
ROMAE CONSPICVVM EST HABITVS SPECVLVM.
SPARSA PER EVROPAM VVLGANTVR DOGMATA TOTAM.
QVAM FVIT ET MERITO CLARVS ET INGENIO! — fortaſſe *Qui*
NAM NOBIS LOGOGEM DE GRAECO TRANSTVLIT ARTEM.
COMMENTI GEMINO QVAM REFERAT RADIO.
CATHOLICAE VERVM FIDEI DEDIT ET DOCVMENTVM,
ET NOS INFORMAT: MVSICA QVAEQVE DONAT.
QVI THEODORICO DELATVS EST AB INIQVO — *Qui Theodorico Regi delatus iniquo*
PAPIAE SENIVM DVXIT IN EXILIVM, — *Ticini Senium duxit in exilio*
IN QVO SE MESTVM SOLANS DEDIT INDE LIBELLVM:
POST ICTVS GLADIO EXIVIT E MEDIO. — *exiit*

Tertium Carmen nunquam Sepulcro videtur fuiſſe inſcriptum. Opus enim Gerberti eſt, qui poſtea fuit Silveſter II. Summus Pontifex. Atque illud factum apparet, ait Bertius in vita Boetii, quum Otto III. Imp. anno 996. marmoreum Sepulcrum Boetio erexit.

Aliud vero Elpidis Epigramma, quod e regione hujus extaſſe plures affirmant, ego omitto, tum quod illud Romae extitiſſe alii velint, tum quod hanc Foeminam, imo aliam quamcunque Boetii Uxorem, praeter Ruſticianam, negent. Quamvis argumentum ab ipſo Boetio deſumtum *lib.* 2. *Proſa* 3. *de Conſolat. Philoſoph.* ubi non *Soceri*, ſed *Socerorum* ſuorum mentio eſt, tantam puto habere vim, ut ante Ruſticianam ipſum aliam duxiſſe Uxorem aequo jure negari non poſſe videatur. En Philoſophiae verba de eo loquentis: *Delectus in affinitatem Principum Civitatis* (Romae)... *& feliciſſimus cum tanto ſplendore Socerorum*, Feſti nempe Patris Elpidis, & Symmachi Patris Ruſticianae, *in quibus*, ait Ennodius Paraeneſi Didaſcalica *eſt nobilis Curiae Principatus, quos vidiſſe erudiri eſt*. De hac Elpide Poetria *V.* Mongitor. *Bibl. Sicul.*, & Mazzuchell. *cit.*

Ceterum Boetius Vir Conſularis occiſus eſt in agro Calventiano territorii Mediolanenſis prope Marignanum teſte Synchrono Anonymo Valeſiano, cujus excerpta edidit cum notis Henricus Valeſius in calce ſui Ammiani Marcellini, atque id eveniſſe ait *Fl. Anicio Juſtino Auguſto* II. *& Fl. Opilione Coſs.* nempe anno 524. Praenomen Boetius ſolet in ejus Memoriis poſtponi nomini gentis ſuae Aniciae, imo & cognominibus familiae ſuorum Aſcendentium Manliae Torquatae Severinae.

LXXXIX

Ticini

Lapis effoſſus A. C. 1715. *e ruderibus S. Gervaſii apud Muratorium pag.* 1862. *n.* 1.

Ennia Vera.

B ☧ M

ENNIAE VERAE FEMINAE RELIGIOSAE
QVAE VIXIT IN SAECVLO AN. LXIII. M. V.
D. XII. CVM COMPARE VIXIT SINCERE
ANN. XXV. VAL. CAMPANIANVS COIVGI
DILECTISSIMAE P. DIE XII. KAL. OCT.

Subditur alia Characterum forma

Senator.

S...... NEPOS EIVS SENA
TOR VIXIT ANNOS
IIII. ET DIES XIII.

Notabilis formula *cum Compare*, ideſt Marito, *vixit ſincere*.



XC
Ticini
in SS. Gervaſii & Protaſii
apud P. Zachariam in Excurſu Litterario pag. 208.

Marcellus.

HIC REQVIESCIT B̄ M̄. MARCELLVS PINCTOR
QVI VIXIT IN HOC SECVLO ANNOS P.L.M.XIII DE
POSITVS SVB D5 X KAL. INDICTIONE TERTIA

Aliae ſunt Inſcriptiones Ticinenſes, praecipue apud Gruterum *pag.* 1167. & *ſeqq.* ex Codice Palatino; ſed eas omiſimus quod ad Seculum VIII. pertinere putavimus.

EPITAPHIA COMENSIA

SINE TEMPORUM NOTIS.

XCI

Comi
in aedibus D. Antonii Josephi Comitis a Turre Rezzonici
Copiarum R. C. Ferdinandi Hispan. Infantis,
& Regiae Parmensis Arcis Praefecti,
de quo supra in fine Inscripp. Consular. n. XXXIV. & n. LXXXIII.

✠ B. — *fortasse Alaricus.*

✠ M. ✠ — *Bonae Memoriae*

Euge SERVE BONE
*& fide*LIS INTRA
*in gaud*IO DN.I DI TVI — *Domini Dei tui*
SACER ✠ PI — *Sacerdos Christi*

D PONTIF ✠

*mem*BRA TENET TUMOLO
super ÆTHERA P GE HUIUS
ISTIS PRÆFUIT
RBEM APOSTOLI
DOGMA SINE DU
PLEVIT PRÆCEP
⁝ T GENERE CLA

MQUE ALAI' ⁝ ⁝
*gen*ERE ORTUSCUS
CASTUM SINE CRI
QEM PAREN
⁝ ⁝ ITEM

Deficiente dextera hujus circumornati marmoris parte, non ego nomen edicam *Sacerdotis Christi* atque *Pontificis*, qui *Apostolicum dogma sine dubitatione complevit, & genere*

& genere clarus, & patria videtur *Ortuſcus*. An *Alaricus*, aut nomen conſimile gothicum ex Horta Etruſcorum Colonia, barbare, ſicut ratio in hoc lapide ſcribendi eſt, nominata *Ortuſca?* At haec fortaſſis nimis temere dicta. Hic enim lapis apud eum eſt nobiliſſimum Virum, qui ingenio non minus quam eruditione ex tot editis Libris claret. Ipſe ergo de Patria ſua benemeritus, qui Plinium Como vindicavit, ejuſque Plinii Hiſtoriam tot exantlatis laboribus reſtituit, ipſe inquam viderit quale ejus nomen, quae Patria, quaeque de eo poſſint dici meliora.

XCII

ibidem apud Eundem.

Audioſa vel Gaudioſa.

B. M.
AVDIOSE . QVI . FV
IT . CVM . PATRON
O BASSIANO SV
PaCTA ! ! ! ! P

Hanc coronidis loco ab eodem D. Comite tranſmiſſam heic adjicere lubens volui, quum a nemine, quod ſciam, fuerit producta, & Chriſtiana fortaſſe ſit; tum quia nomen *Audioſae* memoriam Incolis blande moveat de Comi laudibus a Caſſiodoro Senatore Praefecto Praetorii ſcriptis *Gaudioſo* Cancellario Provinciae Liguriae *Ep.* XIV. *Variar. lib.* XI.



INDEX
RERUM PRAECIPUARUM.

H

A ω

INSCRIPTIONES
SEPULCRALES

Basilicae & Coemeterii Mediolan. tit. S. Eustorgii

cum praevio Elencho Sepulcrorum.

SEPULCRA
APUD FRATRES ORD. PRAED.
AD S. EUSTORGII MEDIOLANI,

unico Familiarum nomine ſignata in Libris Sacrarii ejuſdem Baſilicae, ſcriptis a F. Gaſpare Bugato ſeu Ambigato anno 1564., & a F. Paulo Sartio anno 1605. collecta, aucta, & alphabetice diſpoſita, eorumque qui ſuperſunt titulis, aliiſque annotationibus illuſtrata a F. Joſepho Allegrantia ejuſdem Ordinis & Monaſterii Euſtorgiani Alumno.

Stellis deſignatur Inſcriptio aut extans, aut alibi reperta, & Crucibus deeſſe, aut legi non poſſe Epitaphium; quibus autem nullum ſignum eſt, non amplius apparere Sepulcra. Denique Sartio poſteriora, nempe aucta, duobus punctis annotantur.

De
Abiate
† Abiate
† Adobatis
Advocatis
† Afforis
Albairate. *V.* Capitaneis
∗ Albutiis
Aliate
Aliprandis
† Alivertis
Alivertis D. Caſtani
Alzate
∗ Andares D. Petri Hiſpani *&* Suorum
∗ Angleria Comes Joannes, *&* de Variſio
∗ Anguiſolis
Anono
Anſanis
Aqua. *V.* Laqua
Arengo
† Arinoldis *ſive* de Caſtoldis
∗ Arlunis
Aſtolphis
∗ S.Auguſtino de Margarita
Aycardis Vicecomitibus *dictis* Scaramutia. *V.* Turrianis. *V.* Vicecomitum

De
¨ Bacchiochis
† Baldironibus
∗̤ Baleſtreriis *olim* Biliis *N.* XXV.
∗ Baleſtreriis
Barnadigio
Baſilica-Petri
Belloni Alviſii Senatoris
Beſutiis
∗ Beſutiis
∗̤ Beſutiis N. XXVII.
¨ Biliis. *V.* Baleſtreriis
Bimiis. *V.* Cribellus Joſeph
Biraghis
† Blanchis
Bocchis groſſis. *V.* Perego, *&* de Canobiis
Boltraffiis
Bonatis
Bonvicinis
† Borghinis
Bornaghis *V.* Marchetis
† Borſanis *poſtea* de Ghiſulphis
Boſſiis
Bripiis

De
* Brippio
† Bugatis & Suorum, & Fr. Gaſparis Bugati Ord. Praed.
* Burris Maria
* Burris D. Squarcini Ductoris Exercituum
Burris, & de Manzolis
† Burris, *olim* Monaſterii S. Catharinae ad S. Crucem
Buſchis
Buſnate

Cacaranis
* Caimis Azinus & Suorum
* Caluſchis
Canobiis. *V.* Perego
Cantonibus
Capitaneis de Albairate
* Caramatiis
Carcanis
* Carcano Archileus
Cariſſimis
Carpanis
Caſate
* Caſate
† Caſſanis Diolis de S. Maininis
Caſtanis
Caſtrobarco. *V.* Vicecomitum
Caſtelleto
† Caſtilioneis & de Fatiis
Caſtilionis *poſtea* de Guevara
* Caſtilioneis
Caſtiliono
Caſtoldis. *V.* Arinoldis
Cataneis
* Cataneis
* Catanei Sebaſtiani Epiſcopi
Cervignano
Ceſarinis
* Chriſolorae Conſtantinopolitani. *V.* Theodorinae
Ciceris *vel* de Cicceronibus
Ciceris. *V.* Nechis
Ciſate
† Ciſate
Cislaghis
* Cislago Sylva
* Codebobus Henricus
* Codebobus Hieronymus

De
Comitibus
Concoretio
* Confaloneriis
Conſortii SS. Regum. *V. in fine*
† Corbetis
Cornaredo
Corona. *V.* Victor
Corvis
Cottis
† Craſſis & de Nigrolis
* Cribelli D. Melchioris Epiſcopi
Cribellis
Cribellis. *V.* Gerenzano
* Cribellis Luchinus
* Cribellus Joſeph
* Cribellus Scipio
Croſtis
Crottis *nunc* Curatorum Sacelli SS. Roſarii
* Crucibus *vel* de la Cruce, & de Merlo
Curatorum Sacelli SS. Roſarii. *V. in fine*
Curte
Curte

Delphinonibus
Diolis. *V.* Caſſanis
Draghetis

* S. Eugenius Ep.
* Eviteatis de la Anbertus
* S. Euſtorgius Ep.

† Fatiis & de Caſtilioneis
Ferrariis
Ferrariis
* Ferrariis Jo. Ambroſius
* Ferrariis Ignatius & Carolus
* Ferrariis Jo. Franciſcus *antea* Salis
Ferreriis
Flama de. *V.* Fochis
Fochis *vel* de Flama
Foco
Fontana. *V.* Venzaghis
* Franbalia
Fratrum Ord. Praed. *V. in fine*

Gattis
Gattis & de Radicibus & Littis
Gellis

* Geren-

De
Pollini D. Castani
Ponte
Porris
* Porta
* Portalupis
* Portinariis
Pusterla
Putheo
Putheobonello

Radicibus *ex libro veteri*. *V.* Gattis
* Rampolanis
* Restis
Reynis
Rosini *V.* S. Petrus Martyr
† Rota *vel* de Ro
† Rovidis
Rubeis
* Ruschis

* Sacchis D. Joseph
* Sacchis Jo. Bapt. & Bonifacius
Salis *V.* Ferrariis
† Salicibus *sive* Salicis
Scacabarozis
Scaramutia. *V.* Vicecomitum
Scholae SS. Rosarii & S. Petri Martyris. *V. in fine*.
Scotis
Sesto
* Settalis, *vel* Septara
Somma. *V.* Moltenis
Sorefina
Sororum Ord. Praed. *V. in fine*
Squina D. Jo. Hispanus
* Stampis
Subinago
Suola
Sylva *V.* Cislago

Taegiis
* Terzago Lucilius
Tesseris
Theodorinae Chrysolorae Uxoris Francisci Philelpi. *V.* Chrysolorae
* Torellis *sive* Thaurellis
Tricio
Trivultio
Trucazonibus

De
Turate
Turre
Turrianis D. Martini *nunc* Vicecomit. Scaramutia

Varadeno
Varisio. *V.* Angleria
* Varisio DD. Joannis Petri, & Ludovici Fratrum
Vegiis
Venturellis
Venzaghis
Venzaghis
Venzaghis, *sive* de Fontana
Vernegalis D. Petri Pisani
Verris
† Verris
Vicecomitum D. Lodrisii, *nunc* Consortii SS. Regum
* Vicecomitum Vercellini *in Sacello S. Thomae Aquinatis*
* Vicecomitum D. Maffeoli, & Jo. Baptistae. *V.* Vercellini *ante*
Vicecomitum D. Uberti & Descend. *V.* Castrobarco. *V.* Modron. *V.* Maffeolus. *V.* Othorinus. *V.* Guido *infra*
* Vicecomitum *nunc* Castrobarco *sub gradu laterali Sacelli S. Eugenii*
* Vicecomitum Comitum & Modronorum *supra gradum lateralem Sacelli S. Eugenii*
* Vicecomitum *nunc* Marchionis Littae *in Sacello S. Johannis Evangelistae*
* Vicecomitis D. Guidonis *ante Aram majorem*
Vicecomitum D. Othorini *in Sacello S. Eugenii*
* Vicecomitum de Carimate Scaramutia *in Sacello S. Martini*. *V.* Aycardis, & *V.* Turrianis
* Vicomercato D. Lanternone
* SS. Victor & Corona MM.
* Viglevanis
Vigoredis
* Urticis *sive* Ortigheriis
* Vulpinis *sive* Vulpis

Zuccolis

† Prioris

† Prioris Ordinis Cluniacensis de Morigiis
⁂ Consortii Sanctissimi Nominis Jesu, & Sanctorum trium Regum *alias* Lodrisii Vicecomitis
⁂ DD. Curatorum Sacelli Sanctissimi Rosarii *alias* de Crottis
∗ Scholae SS. Rosarii *olim* de Parpaglionibus
† Scholae S. Petri Martyris
⁂ Scholae Sanctissimi Sacramenti sub titulo S. Vincentii Ferrerii
Sororum Tertii Ordinis S. Catharinae ad S. Crucem. *V.* Burris
† Fratrum Ordinis Praedicatorum
Sororum Tertii Ordinis prope S. Petrum Scaldasole.

Numeri sequentes ad ea pertinent Sepulcra, quae Bugatus sine titulo notavit, vel quod lapides eo carerent, vel quod in iis esset jam Inscriptio omnino consumta, sive literas ejus exesas legere non potuerit.

In Coemeterio ante januam Ecclesiae 283. 284. 285.

Ab janua Monasterii ad Peristylum, quod dicitur Claustrum Mortuorum 280. 281. 282.

In eodem Peristylo 140. 155. 156. 160. 181. 183. 184. 186. 187. 188. 190. 193. 194. 195. 198. 199. 200. 207.$\frac{1}{2}$ 208. 208.$\frac{1}{2}$ 209. 1--209. 2--209. 3--209. 4--209. 5-- 211. 212. 214. 215. 217. 218. 219. 221. 222. 223. 225. 226. 227. 229. 230. 232. 233. 234. 236. 237. 238. 242. 244. 245. 249. 251. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 261. 262. 265. 267. 268. 269. 270. 272. 273.

In Ecclesia 70. 80. 80.$\frac{1}{2}$

Alia item Sepulcra extare debuerunt, quae Bugati tempore non amplius apparebant, quaeque argui possunt ex veterum Legatorum serie in Archivo notata.



INSCRIPTIONES
PERTINENTES
AD CORPORA SANCTORUM,
quae requiescunt in Basilica Eustorgiana.

I

D . O . M .
TEMPLVM . S . EVSTORGII
TITVLO . BASILICAE . SS . REGVM
OB . ASSERVATA . DIV . EORVM . CORPORA
INSIGNITVM
PLVRIMORVM . SANCTORVM . LIPSANIS
VENERABILE
S . PETRI . MARTYRIS . ORD . PRAED .
CONCIONIBVS . MIRACVLIS . SEPVLCRO
CLARISSIMVM

In tympano portae majoris Ecclesiae. S. Eustorgius hujus nominis I., qui dormivit in pace anno 331. 18. Septembris, & S. Magnus anno 530. 1. Novembris, ambo Antistites Mediolanenses, jacent in bifida arca marmorea retro altare, sive retro aram Templi majorem.

II

SEPVLCRVM TRIVM MAGORVM

In coronide Cenotaphii marmorei, calce nunc obducti in fronte exteriori, a quo, inquit Sire Raul, devicta Urbe per Federicum I. Imp. *decima die mensis* (Junii 1164.) *Raynaldus Cancellarius ac Coloniensis Archiepiscopus tulit . . . . tria alia corpora, quae erant condita in Archa, quae erat in Ecclesia Beati Eustorgii, & quae dicebantur esse Magorum trium, & exportavit Coloniam.* E regione hujus Cenotaphii, quod est in Sacello Sanctis eisdem dicato, visitur infixa parieti dextero tabula marmorea anaglyptice caelata & trifariam divisa. In medio adoratio Pueri Jesu, in dextera Magi dormientes ab Angelo admoniti, in laeva Magi ante Herodem. In limbo titulus characteribus Gothicis mutilis:

TABULA SCOLE BEATOꝝ TU3 . REGU . MAGOꝝ
FACTA . Ī . ONOE⁊ DNI NRI YV XPI ⁊ PIE VIRGIS
MARIE . ⁊ IPꝝ SCOt, REGU MCCCXLUII

III

SERICI
TINCTORES ISTOS
OFFERVNT
HONORES
DIVO
HONORATO

Titulus incifus Capfae argenteae, in qua Cineres S. Honorati Ep. Mediolan., qui obiit anno 570. die 26. Februarii.

IV

CORPVS
S . EVGENII

Literae pictae ante Sarcophagum, in quo fanctum ejus Cadaver requiefcit fuper aram ejus Sacelli.

V

S . EVGENII . CONF
RITVVM . ECCLESIAE . MEDIOLAN
MIRIFICI . PROPVGNATORIS
STATVA . MARMOREA
A . CIVITATE . ET . CLERO
DONATA . CVLTA
HEIC . P
DEPICTO . SACELLO
A . D . MDCCLX

In eodem Sacello a cornu Evangelii fub ejufdem marmoreo pictoque Signo.

VI

SS . MM .
VICTORIS . ET . CORONAE
ΛΕΙΨΑΝΑ

Picti characteres ante arcam lapideam, quae tegitur fub menfa arae S. Eugenii.

VII

D . O . M .
DIVO . PETRO . ORDINIS . PRAEDICATORVM
TRIBVS . CORONIS
DOCTRINAE . VIRGINITATIS . ET . MARTYRII
ANNO . MCCLII . DONATO

Extabat hoc Eulogium arcae marmoreae incisum, in qua, post solemnem Canonizationem S. Martyris, ejus Cadaver fuit depositum.

VIII

PRAECO LVCERNA PVGIL CHRISTI POPVLI FIDEIQVE
HIC SILET HIC TEGITVR IACET HIC MACTATVS INIQVE.
VOX OVIBVS DVLCIS GRATISSIMA LVX ANIMORVM
ET VERBI GLADIVS GLADIO CECIDIT CATHARORVM .
CHRISTVS MIRIFICAT POPVLVS DEVOTVS ADORAT
MARTYRIOQVE FIDES SANCTVM SERVATA DECORAT .
SED CHRISTVS NOVA SIGNA LOQVI FACIT AC NOVA TVRBAE
LVX DATVR ATQVE FIDES VVLGATA REFVLGET IN VRBE .

In antiquo lapide, infixo pilae quartae ante arcam S. Martyris antequam haec ad aliud Sacellum, ut infra, transferretur. Sed in novo, ad latus Evangelii posito, haec sunt praemissa : *Divi Petri Sepulcrum Divus Thomas Aquinas, cum in Galliam proficiscens anno* 1265. *invisisset, admiratus tantum Martyrem dixit*: Praeco &c.

IX

IN HAC CAPSA IACET CORPVS
B . PETRI MARTYRIS
DE ORDINE . F . F . PRAEDICATORVM

In albo lapide unius palmi, in eadem Capsa invento ad pedes sacri Cadaveris, ibidemque restituto.

TRANSLATVM ANNO DOMINI
MCCCLX .
DIE IV . IVNII

In facie aversa ejusdem marmoris.

X

D . O . M .
DIVO PETRO ORDINIS PRAEDICATORVM
TRIBVS CORONIS
DOCTRINAE VIRGINITATIS ET MARTYRII
OCTO IDVS APRILIS
ANNO 1252. DONATO

CVIVS CORPVS MIRACVLIS CLARISSIMVM
IOANNES VICECOMES
MEDIOLANI ARCHIEPISCOPVS ET DOMINVS
VNIVERSI ORD . PRAED . SYNODO
ET OMNI POPVLO MEDIOLANI INSPECTANTE
IN ARCA EX ALABASTRITE LAPIDE
SINGVLARI ARTIFICIO PERFECTA
SVMMA RELIGIONE CONDIDIT
ANNO 1340.
FRATRES ET FILII EIVSDEM ORDINIS
COACTA STIPE A PIIS HOMINIBVS
CELLAM HANC DVPLICEM
PLASTICE ET PICTVRA ORNAVERVNT
ANNO 1583.

Hiſtoricus iſte titulus pendebat in hemipila quarta navis minoris laevae ad Sacellum vetus e regione carminum S. Thomae, ſcilicet inter Sacellum S. Petri, & locum arcae. Huic autem titulo integre tranſcripto in novo lapide, poſito in cornu Epiſtolae Sacelli jam pridem S. Capitis, addita ſunt quae ſequuntur:

DEIN EANDEM ARCAM QVAM IN MEDIO ECCLESIAE
ANTIQVITAS POSVERAT
HVC TRANSTVLERVNT
ET ALTARI EX AERE ET PRETIOSO MARMORE ARTEFACTO
CAPVT CRISTALLINA ARGENTEAQ . OCCLVSVM
CVSTODIA
PROPE CORPVS POSVERE
ANNO 1739.

In coronide hujus arcae Artifex ejus temporis inſigniſſimus memoriam ſui Poſteris reliquit his inſculptis literis: *Magiſter Johannes Balduccii de Piſis Anno Dommini MCCCXXXVIIII.*

XI

SACRVM CORPVS S . PETRI MARTYRIS
ORD . PRAEDICATORVM
A CAPITE DISIVNCTVM
IN CAPSA CVPRESSINA
DIE IV . IVNII MCCCXL . RECONDITVM
VT IN INTROCLVSO LAPIDE
VETVSTO CARACTERE INSCVLPTO LEGITVR
DIE IX . APRILIS MDCCXXXVI .
PER ORDINARIVM RECOGNITVM
IN CAPSA HAC PLVMBEA
ALIA EX CVPRESSO OBDVCTA
REAPTATVM FVIT .

In lamina plumbea ſuper capſam plumbeam noviſſimae recognitionis.

XII

XII

SACRVM . CORPVS . D . PETRI . MARTYRIS . ORDINIS . PRAEDICATORVM

Hae notae inscriptae sunt capsae cupressinae, plumbeam continenti, intus arcam.

XIII

SACRO CORPORI
D . PETRI MARTYRIS ORDINIS PRAED .
A CAPITE DISIVNCTO IN HAC ARA
DIE IV . IVNII MCCCXL . POSITO
NOVISSIME VERO
DIEBVS VIIII ET XXIII APRIL .
MDCCXXXVII
PER ORDINARIVM
CANONICE RECOGNITO
ATQVE REPOSITO
ALTARE HOC
PARITER ET CAPITI EIVSDEM S. MARTYRIS
DICATVM
PII FIDELES DEVOTE ERIGEBANT
ANNO MDCCXXXVII . XXVIII . APRIL .

Nigrum marmor characteribus inauratis retro aram.

XIV

S . PETRI MARTYRIS CAPVT
ELAPSO SECVLO RELIGIOSA POMPA
TRANSLATVM
APVD SACRVM CORPVS
IN ARA NVPER MAGNIFICE EXTRVCTA
DEPOSITVM
SANCTAE INQVISITIONIS PRAESIDES
AD AVGENDAM FIDELIVM VENERATIONEM
ET CATHOLICAE FIDEI A TANTO PATRONO
IMPLORANDAM TVTELAM
NOVA PER VRBEM INSTRVCTA SVPPLICATIONE
PERENNI RELIGIONE COLENDVM
RECONDEBANT

Temporaria Inscriptio super januam majorem Basilicae Eustorgianae posita die 29. Aprilis anno 1739. Porro enunciata translatio solemni per Urbem supplicatione effecta est anno 1651., agente Francisco Cuccinio Fidei Mediolanensis Quaesitore, cujus hæc Memoria:

XV

FR . FRANCISCVS CVCCINVS A ROMA
ORD . PRAED . PROV . LOMB . S . T . DOCTOR
AC IN TOTO STATV ET DNIO MEDIOLAN
INQVISITOR GNALIS
AETATIS SVAE LX
SACELLVM HOC D . PETRI M . PRONI
EX DEVOTIONE INSTAVRAVIT
ET EXORNAVIT
MDCLI

Marmor nigrum muro commiſſum retro aram S. Petri Martyris.

XVI

IN . HAC . ARCA
S . PETRVS . MARTYR . ORD . PRAED
MANICHAEOS
CORAM . POPVLO . DISPVTANTES
ELOQVENTIA . PRODIGIIS
SAEPISSIME . CONFVTAVIT

Elogium extra januam minorem Eccleſiae laevam pictum in pulpito, quod dicitur S. Petri Martyris ad Occaſum.

XVII

HEIC
PERTINACISSIMO . HAERETICORVM . ANTISTITE
PROVOCANTE
S . PETRVS . MARTYR . ORD . PRAED
NVBECVLAM . REPENTE . ACCIVIT
CONCIONEM . INTER . AC . SOLEM
STARE . IVSSIT

Ibidem in pulpito ad Meridiem.

INSCRIPTIONES CETERAE ALPHABETICE DISPOSITAE, ET ALIQUIBUS ANNOTATIONIBUS ILLUSTRATAE.

XVIII

IO : PETRO ALBVTIO
INTER PVBLICOS MED : PROFESSORES
CELEBRATISS .
IN TICIN : ACADEM : HORIS VESPER
LECTORI PRIMO
VIRO INGENVO PIO MODESTO
ET LIBERALI
PATRIAE ET PRINCIPIBVS MVLTIS
MEDICINAE CÁVSSA
SVMME CARO
QVI
ANNOS VIXIT LXXV
PVBLICE DOCVIT XL
ET AETERNO MED : DAMNO OBIIT
IO : FRANCISCVS
PATRI B . M . SIBI ET SVIS
POSVIT
ANNO DOM : CIↃ . DC

infra in lapide ſepulcrali

FAMILIAE
ALBVTIAE

Hoc Monumentum ex marmore albo & nigro affabre compoſitum adhaeret extimo parieti Sacelli SS. Angelorum. Magnus nigerque lapis medius Inſcriptionem perhibet characteribus inauratis. Eminent Monumento inſignia anaglyptica. De ſummo nobilique hoc Viro linguarum Graecae & Hebraicae perito, & praeter Medicinam, in qua excelluit ſcripſitque, in Oratoria, Poeſi, & Hiſtoriis exercitatiſſimo, videndus Picinellus in *Athenaeo*, & ex eo Curtius *Notizie Iſtoriche*, & Argelatus *Biblioth. Scripp. Mediol.*, & Mazzuchellius *Scrittori d' Italia*, qui ſibi invicem omnes hoc Epitaphium minus ſcrupoloſe retulerunt. Prae ceteris autem vide Morigium *Nobiltà di Milano* lib. 3. cap. 7. Obiit Ticini anno 1583. die 14. Februarii, ejuſque Cadaver huc translatum ſolemnibus exequiis conditum eſt in ſepulcro Majorum, habita in ejus laudem Oratione funebri ab Archileo Carcano ejus Auditore, de quo infra.

XIX

SACELLVM . HOC
DEO . OPT . MAX
SANCTISQ . ANGELIS
HOMINVM . CVSTODIB
GLORIAEQ . SOCIIS
DICATVM
PETRVS . ANDARES
CAESAR . AVGVSTAN

VETE-

VETERANVS . MILES
ANNVA . PRO . RE . DIVINA
QVOTIDIE . FACIENDA
DOTE . CONSTITVTA
POSITOQ . SIBI
POSTERISQ . SVIS . SEPVL
VIVENS . INSTAVRAN
CVRAVIT
ANNO ∞ IƆXCIII

In eleganti cippo marmoreo, quem duo plaſtici tenent Angeli ſub feneſtra Sacelli SS. Angelorum. In medio Sacelli tumulus, cujus marmor exhibet inſculptum radiatumque Sanctiſſimum Nomen Jeſu, & circum QVAL A ME TAL A TE, & ſupra P. A. *Petrus Andares*, qui monet iis verbis mortem aliquando legenti certo obventuram.

XX

SPECTABILIS DOMINI IOHANNIS DE COMITIBVS DE ANGLERIA ET HEREDVM SVORVM MCCCCLVII

Saxum rude ante januam lateralem Sacelli S. Martini a Sacello S. Stephani translatum, in quo Joannes anno ſequenti novum lapidem minus aſperum poſuit, atque in eo non male ſculptus viſitur Vir Mulae inſidens cum galero ante oculos in acumen protenſo, & cum accipitre in dextera, & duobus ad pedes canibus. Fortaſſe hoc anno decoratus fuerat a Franciſco Maria Sfortia hujuſmodi ampliſſimo munere Magni Cuſtodis Accipitrum. Tum haec amplior circumpoſita inſcriptio:

HOC SEPVLCRVM EST DNI IOHANNIS DE COMITIBVS DE ANGLERIA NOBILISSIMI CIVIS MEDIOLANI ET HEREDVM SVORVM MCCCCLVIII.

De hoc Comitatu plura Scriptores habent, quos inter Saxius in *Vindiciis Corporum SS. Gervaſii & Protaſii n.* 104., & in *Appendice* n. 29. 30., & noviſſime eruditiſſimus noſter Comes Julinius, qui jam Seculo XI. Stationae ſeu Angleriae Comitatum ad Archiepiſcopum Mediolanenſem pertinuiſſe docent, & XIV. ad Duces noſtros Vicecomites. Quare titulum in cognomen Familiae olim Angleriae dominae tranſiiſſe apud Deſcendentes dicendum eſt. In muro a cornu Epiſtolae extat antiquior marmorea familiae teſſera gentilitia, quam poſuiſſe exiſtimo Stephanum Joannis Patrem dum Sacellum reſtitueret anno 1401.

XXI

ANTIQVISSIMAE . ANGVISSOLARVM
FAMILIAE
MONVMENTVM
QVOD
BEATRICI
MAGNI . IO . GALEATII
PRIMI . MEDIOLANI . DVCIS
SORORI
BARTHOLOMAEVS . ET . BERNARDVS
ANGVISSOLAE . COMITES

ILLVSTRIS-

ILLVSTRISSIMAE . MATRI . POSVERANT
VETVSTATE . PROPE . COLLAPSVM
CO . IVLIVS . ANGVISSOLA . TVDISCHVS
INSTAVRAVIT
ANNO . DOMINI . MDCLXIII

In navi majore a pila quarta ad quintam ante Arcam S. Petri Martyris , alibi translatam anno 1736. In Codice Inſcriptionum MS. , qui aſſervatur *n.* 104. in *fol.* in Bibliotheca PP. Congregat. Ord. S. Benedicti Ciſtercienſium ad S. Ambroſii Majoris Mediolani , legitur *fol.* 90. diffuſiſſimum Epigramma , quod Majores enumerans heic inſcribi paratum erat anno 1603. Sed humaniſſimus ſingularis modeſtiae vir Comes Antonius Carolus vetus recudi aliquanto attritum fecit hoc uno addito :

TESSERAM . GENTILITIAM
A . TRIBVNALI . HERALDICO
A . MDCCLXXII . PRID . ID . MARTII . RECOGNITAM
COMES . ANTONIVS . CAROLVS . ANGVISSOLA
TVDISCVS . SICCVS . COMNENVS . R

XXII

DICITE QVI SAPITIS QVID PRO
DEST TEMPORE LONGO
VIVERE : QVID MVLTOS CONSE
NVISSE DIES .
SERIVS AVT CITIVS TVMVLIS
INCLVDIMVR ATRIS :
OMNE SEMEL NATVM MORS
VIOLENTA RAPIT .
SOLA POTEST VIRTVS FATALES
SOLVERE NEXVS :
NEC TIMET INFESTE VVLNERA
SCEVA DEE

In Sacello S. Antonii Abbatis, nunc S. Patriarchae Joſeph , extra quod duae marmoreae Arlunorum teſſerae gentilitiae in angulis parietum . Haec Inſcriptio revocat ad mentem meam poſtremos verſus ethnici cujuſdam Epitaphii , quod Parmae legebatur in Cippo quadrato phialam in uno latere inſculptam , & in altero pateram habente , ſic

Diſcite . qui . legitis . factis . extendere . famam
Vt . probat . hic . titulus . non . perit . eſſe . bonos

fortaſſe Bonis

XXIII

L . D . — *Laus Deo*

NOBIL . DNA . MARGARITA . DE . S
AVGVSTINO . PIE . COGITANS . SIBI
QVOD . PROSPICIS . V . P . A . D — *vivens poſuit anno Domini*
MDLXXIII
P . SEPT — die *prima Septembris*.

K

In

In hemipila laeva cum superiore teſſera gentilitia prope Sacellum SS. trium Magorum ; Infra extat Sepulcrum.

XXIV

HOC SEPVLCRVM EST BEL
TRAMINI DE BALESTRE
RIIS FILII DNI IO . . . . .
. . . . . MAII . . . . .

Magnus lapis ſtratus prope murum e regione Sacelli S. Stephani Proto-Martyris, nunc Montis Calvariae.

XXV

VETVSTVM FAMILIAE MON
SIBI ET POSTERIS
ANTONIVS M . BALESTRERIVS
RESTAVRAVIT
AN . SAL . MDCCXLIII

In medio areae ante Sacellum S. Stephani Proto-Martyris nunc Montis Calvariae, nempe a Sacello S. Annae quartum.

XXVI

ALOYSIO . BELLONO
QVI . PATRIA . ALEXAN . ET . FAMILIAE . SPLENDOREM *Alexandrinus*
DERTONENSIS . MOX . TICINENSIS . VRBIS . PRAETVRA
QVESTORIS . ORDINARII
SENATORIS . ET . VICEPRAESIDIS . DIGNITATIBVS
ILLVSTRAVIT . ET . IPSAS . DIGNITATES . PRAECLARISSIMIS
VIRTVTIBVS . REDDIDIT . ILLVSTRIORES
VIOLANTAE . EIVS . VXORI . VNANIMIS . CONCORDIAE
FRANCISCVS . PANIGAROLA . SENATOR . ET . IVSTITIAE
PRAEFECTVS . SORORIO . ET SORORI . BENEMERITIS
BENEFICVS . POSVIT
VT . CONIVNCTISSIMORVM . ANIMORVM . CORPORA
NE . MORS . QVIDEM . DISIVNGERET
ANNO SALVTIS . CIↃ . IↃ . C . VII

Extra Sacellum SS. Virginis Gratiarum, ſeu Annunciationis, olim S. Pauli Ap., in pariete laevo grande marmor circumornatum plaſtice cum Inſigniis. Hic Aloyſius fuit Pater Pauli, & Avus Caroli, de quibus Argelatus *T.* 4. *col.* 2065.

XXVII

XXVII

D . O . M .
SECVNDA . DOMVS . DONEC . 3
D . HIERONYMI . BESVTII
EIVSQ . FAMILIAE
QVI . PERIIT . DIE . II . APRILIS
MDCLI

Inter primam & fecundam pilam dexteram ante aram D. Dominici.

XXVIII

HERCVLES . BESVTIVS . REG
FEVDETARIVS
SEPVLCRVM . HOC . SVORVM . MAIORVM
RESTAVRAVIT
ANNO . MDCLVII

Sub arcu feptimo navis minoris laevae ante Sacellum S. Eugenii. In lapide fepulcrali teffera gentilitia abrafa.

XXIX

HIC IACET E BVRRIS BIS TERNA PROLE RELICTA:
QVAE MATRONARVM NORMA MARIA FVIT.
REDDIDIT HAEC VNICVIQVE SVVM : NAM CORPVS HVMAT
TERRA FOVET : VERVM SPIRITVS ASTRA COLIT.

Lapis fepulcralis in pariete dextero extra Sacellum SS. Virginis Gratiarum, feu Annunciationis, cum teffera gentilitia.

XXX

D . SQVARCINI BVRRI DVCTORIS EXERCITVVM

Ita Bugatus *pag.* 90. ibid. *n.* 151. ubi tamen nuda ceterorum Sepulcrorum, quae in Clauftro erant, nomina defcribit. An haec Monumenti effet infcriptio afferere non aufim. *Hujus Burri Monumentum*, inquit Jovius in Vita Othonis Archiep. Mediolan., *in Peryftilio ad aedem Euftorgianam nuper vidimus exefis literis, & fuperftante fcutata equeftri Statua cum fceptro, imperatoriifque Infignibus ad veram oris effigiem depicta*. Mirum mihi eft picturam hanc poft annum 1420. hactenus fuperfuiffe, in quo Philippus Maria Vicecomes Peryftilium vetus, quod dicebatur Clauftrum, innovavit, manente adhuc hoc lapide:

MCCCCXX . EX ELEMOSINIS OB
LATIS OB DEVOTIONEM ICLITI
MARTYRIS BEATI PETRI PER SE
RENISSIMVM PRINCIPEM PHILIP
PVM MARIA VICECOMITE DVCEM
MEDIOLANI TERTIVM ISTVD 8

CLAVSTRVM FVIT EDIFICATVM
MAIORQVE PARS HVIVS CON
VENTVS REPARATA . QVAMO
BREM LAVS IN ETERNVM DETVR
SIBI ET GLORIA . AMEN

Sed fortaſſe memoriae tanti hujus Viri, cujus virtute familia Vicecomitum ſub Othone Archiep. erecta eſt, parci voluit. Quum vero anno 1600. peryſtilium hoc, totum imo Monaſterium, priſco fatiſcente, amplius perfectiuſque erigeretur, vetera, ſi quae remanſerant Monumenta, omnia deleta ſunt, agente poſt varias temporum injurias Hieronymo Sitono Mediolanenſe celeberrimo Principum Architecto, de quo P. Magiſter a Valle coaevus in Chron. *pag.* mihi 68., & Argelatus *col.* 1418.

XXXI

REQESCIT . IN . HOC . TVMVLO . MAG . ET . PRESTANTISSIM . VIR
D . IACOBVS . STEFANVS . DE . BRIPPIO . EX . DVCALIB . ĪTRATAR
ORDINAR . QSTORIB . QVI . DECESSIT . DIE . 26 . DECĒBRIS . AĪ
1484 . CVI . VSOR . FVERAT . MAG^{ca}. ET . HONESTISSIMA . DÑA . AN
TONIA . DE . GALLARANIS . EX . QBVS . Ī . LVCEM . RĒANSERVĪT . D
FRANCISCVS . QVI . AD . GENITORIS . SVI . MAGISTRATVM . SVCCESSIT
D . ALVISIVS . I . C . INt.PES . AC . IN . NVMERO . MAGISTROR . DV
CALIVM . REDITVV̄ . EXTRA . ORDINARIOR . ASSVMPTVS . NEC . NON
ALEXANDER . DVCALIS . CAMERARIVS . AC . ARMORVM

Lapis in pariete ſub Arca inſigni marmorea tabulis anaglyphis exornata in Sacello S. Ulderici, & Jacobi & Philippi App., quod primum ad dexteram eſt Baſilicam ingredientibus. Subtus in lapide Sepulcri, Inſigniis Brippiorum inſtructo, legitur. ALE . BR . *Alexander Brippius.*

XXXII

FR̄IS GASPARIS BVGATI ET SEPVLCRVM DE BVGATIS ET SVORVM

Ita ab eodem ſcriptum eſt in Libro Sacrarii *pag.* 85. *n.* 124. Et revera P. Gaſpar Bugatus ſive Ambigatus Mediolanenſis Ord. FF. Praed., & praeclarus hujus Monaſterii Alumnus, de quo, ejuſque editis Operibus Echardus in *Biblioth. Ord. Praed.*, & Argelatus in *Biblioth. Scripp. Mediolan.*, jacet in limine Sacelli SS. Angelorum quod inſtauraverat.

XXXIII

BARTOLOMEO . CAIMO
PIETATE . BENEFICENTIA . MAGNIFICENTIAQ . CELEBRI
ET . FRANCISCI . FERDINANDI . DAVALI . PISCAR
MARCH . IN . CATAPHRACTOR
EQVITVM . IN . DVCATV . VICARIO . HIC . VNA . CVM . IO . GASPARE . ET
HIERONYMO . FRATRIB . MILITARI . VIRTVTE . INSIGNIB
ACTIOQ . ATAVO . QVI
AZINVS

DICTVS

DICTVS . EST . AVRATI . ORDINIS . EQVITE . CETERISQ . SVIS . CONDITO
MARGARITA . ABDVA . VXOR . ET . FILII . P *posuerunt*
vixit annos V . A . XLVI . OB . PR . ID . FEB *obiit pridie*
CIƆDLXXI

Magnus lapis in muro a cornu Epistolae sub Arca marmorea signis & anaglyphis antiquitus ornata.

XXXIV

AET . MEMORIAE
IO . BAPTISTAE . CAIMI . PATRICII . INSVBRICI
PRISCAE . FRVGALITATIS . VIRI
BARTHOLOMAEI . ET . MARGARITAE . ADDVAE
FILII
QVI . HAVD . SEMEL . VRBIS . MEDIOL . VIIIVIR . PVBLICAR . OPVM
VIARVM . AC . MVLTIPLICIS . LOCI . PII
CVRATOR . FVIT
INTER . MAGIST . EXTRAORD . QVAESTORES . ALLECTVS
DIVIS . PHILIPPO . III . ET . IV . PRINCIPIBVS
APVD . SABAVDOS . DVCES . AC . REMPVB . GENVENSEM
LEGATIONIB . PRO . EORVMDEM . MAX . REGVM
DESIDERIIS . FVNCTVS
VIXIT . ANNIS . LXXIII . FABVLAM . PEREGIT . XV . KAL . IV *Iunias*
ANNO . MDCXXXVIII
LVCRETIAE . CRASSAE . CONIVGI . EIVSDEM . INCOMPARABILI
MARII . ET . PAVLAE . LATTVADAE . F
IMPENETRABILIS . PVDICITIAE . MATRONAE
VIXIT . AN . XL . PRID . ID . FEB . MORTEM . OBIIT
MDCIX
DON . GASPAR . CAIMVS . S . IACOBI . A . SPATA . EQVES
LEGIONIS . ITALICAE . TRIB *Tribunus*
VERCELLARVM . PRO . D . PHILIPPO . IV
GVBERNATOR
EX LX . DEC . VRBIS
PARENTIB . OPT
CVM . LACRYMIS . P
A . CIƆ . IƆCVIL . ID . MAII *MDCXLIV*

Tabula marmorea in muro a cornu Evangelii apud clathros ferreos Sacelli S. Ambrosii cum Insigniis.

XXXV

GASPARO . CAIMO
BARTHOLOMAEI . PRIMOGENITO
SEXAGINTA . VRBIS . DECVRIONVM
ET . VTRIQVE . REGIORVM . QVESTORVM . ORDINI
ADSCRIPTO

REGIA

REGIA . PHILIPPI . IV . MVNIFICENTIA
TVRATI . AC . MASSINAE . COMITATV . DECORATO
CVM . LAVRA . BRIPPIA . MATRONA . AEQVE . NOBILI . AC . PIA
VNDENA . PROLE . MELIORE . EX . EA . SVSCEPTA
ET . CVM . BENEDICTO . EQVITE . HIEROSOLYMITANO
AC . ERASMO . MILITARI . VIRTVTE . CLARO
CARISSIMIS . FRATRIBVS
HIC . QVIESCENTI
AVGVSTINVS . EQVES . S . IACOBI . A . SPATA
EX . SEXAGINTA . DECVRIONIBVS
PEDITVM . PRIMVM . IN . BELGIO
LORICATAE . NEAPOLITANORVM . TVRMAE
IN . HAC . DITIONE . DVX
TVM . QVAESTOR . EXTRAORDINARIVS
CVM . FRANCISCA . SIMONETA . VXORE . DILECTA
HIC . PARITER . CONDITVS
IN . PARENTEM . OPTIMVM
PIETATIS . PERENNE . MONVMENTVM
AB . HAEREDE . SVO . PONENDVM
IVSSIT
DECESSIT . VI . NOV . AN . M . D . C . LII

Tabula marmorea cum Infigniis in pariete dextro Sacelli S. Ambrosii.

XXXVI

HIERONYMO . CAIMO . BARTHOLOMAEI . F
I . C . COLL . VRBIS . PRAEFECTO
AD . PHILIPPVM . II . PATRIAE . LEGATO
Advocato Fiscali ADV . FIS . QVAEST . SENATORI
PHILIPPI . III . ET . IV . PER . ANN . XXIII
RERVM . ITALIAE . AC . GRAVISS . TOTIVS . MONARCHIAE
CONSILIARIO . CARISSIMO
MADRITI . APVD . CLERIC . MINIM . QVIESCENTI
QVOD . OTHO . EX . COMIT . GASP . FRATRE . NEPOS
QVAESTOR . SENATOR . AC . REGENS
IBIDEM . FATO . PRAEVENTVS . NON . POTVIT
ERASMVS . VTR . SIGNAT . REFEREND
Praepositus PRAEP . INSIGN . COLL . S . M . SCALENSIS
APOS . AC . REG . OECONOM . GENER
IN . VNIVERSO . MEDIOLANI . DOMINIO
PATRVO . OPTIME . MERITO
P
M . D . C . LII

Monumentum cum Infigniis ad murum in medio praedictorum duorum lapidum.

XXXVII

ANTIQVISSIMVM CAIMORVM
FAMILIAE SEPVLCRVM
RESTAVRATVM
ANNO MDCXVIII

Prope clathros ferreos in Sacello S. Ambrosii.

XXXVIII

CINERIBVS
NOB . D . IOANN . PETRI . CALVSCHI
SEXAGENARII . EQVESTRIS . ORD
GRAVIS . ARMATVRAE . MILITIS
STRENVI
SVB . CAROLO . V . CAESARE . PHILIPPOQ
HISP . REGE . MEDIOLANENSIVM
DVCE
Titulum hunc TIT . H . FRATRI . BEN
F . IOANN . ANDREAS . ORD . PRAED
ANNO . M . D . LXXXIII
P
ET . PATRVELIS . FRAT . FILIIS
ET . CALVSCHIS . ALIIS

Extra Sacellum SS. trium Magorum in hemipila a cornu Evangelii. Ex hac Familia nomen habet vicus prope Portam Ticinensem, qui olim, ut vidi in antiquis hujus Archivi tabulis, deducebat ad parvum lacum *Laghetto di Viarena*, seu ad stationem Viarenae.

XXXIX

IO . PAVLVS . CARAMACIVS . COMENSIS
SIBI . ET . CINERIBVS . BERNARDINAE
LVSORIAE . VXORIS . LECTISSIMAE
ET . POSTERIS
vivens posuit SEPVLCRVM . V . P . MDLXXXVI

Lapis sepulcralis ante Sacellum S. Annae.

XL

ARCHILEO . CARCANO'
PHILOSOPHO . EXCELL
MEDICINAE . IN . GYMNASIO
TICIN . PROFESSORI . PVBL
INTER . MVSICOS . FACILE

PRI-

PRIMARIO
OMNIQ . VIRTVTVM . GENERE
ORNATISS
FILIO . DILECTISS
PETRVS . MARTYR . PATER
MAXIMO . CVM . MOERORE
P
VIXIT . ANNOS . XXXVII
OBIIT . ANNO . M . D . LXXXVIII . XI . KAL
SEXTIL

In ſexta pila ab Evangelio dextera cum Inſigniis, & infra Sepulcrum cum teſſera gentilitia detrita. De hoc Juvene omnimoda eruditione referto, & poetica facultate claro videndus Argelatus in *Biblioth. Scripp. Mediolan.* Sed corrigendus aetatis ſuae annus, quem ponit XXXII. ex Pucinello Epitaphiorum corruptore.

XLI

DE CASATE

Ante Sacellum S. Eugenii in cornu Epiſtolae. Hoc Sepulcrum reſtituerunt viventes Comes D. Chriſtophorus & Conſobrini Fratres D. Jo. Baptiſta, & D. Joſeph Armorum Rex in ditione Mediolanenſi.

XLII

B . M .
FAMILIAE . SVAE . CINERIBVS
SVORVMQ . HAEREDVM . CARISS
HANC . SVBTERRANEAM
IO . BAPT . CASTILLIONEVS
VIVENS . DICAVIT . TVMBAM
AN . MDLXXXVIII . KAL . X . OCTOBR

Ad laevam januae Eccleſiae, quae eſt in clauſtro Mortuorum. Ex Pucinello *n.* 48., & Cod. Archint. *pag.* 30.

XLIII

D . O . M .
SVB . HOC . IACEO . CATHARINA
BENEDICTI . CATANEI . OLIM . VXOR
IPSE . SIBI . MOERENS . SVISQ . POSVIT
MDL

In medio areae lapis ſepulcralis ante Sacellum S. Annae tertius. Sed & alium parvum lapidem reperi in Monaſterio, in quo legitur:

XLIV

XLIV

NOB . D . HIERO . CATANEVS
NOVISSIMOR . HOMINIS
MEMOR . SIBI
POSTERISQ . SVIS
V . P

XLV

SEBASTIANO . CATTANEO
EPISCOPO . CHIEMENSI
PRAEDICATORII . ORDINIS . THEOLOGO
ARCHIEPISCOPI . SALIBVRGENSIS
VICARIO . GENERALI
ET . SVFFRAGANEO
HOMINI . LITTERIS . MORIBVSQVE
EXCVLTO
VT . EIVS . TESTANTVR . OPERA
QVI . VIXIT . ANNOS . LXXV
EVSTORGIANI . FRATRES . PARENTI
OPT . MER . POSVERE
KAL . MAII . MDCVIIII

In claustro ad latus laevum januae Capituli. Hujus docti Hominis commemorationem faciunt Echardus in *Biblioth. Scripp. Ord. Praed.* Argelatus in *Biblioth. Scripp. Mediolan.*, & P. Franciscus a Valle *Continuazione della Storia del Convento di S. Eustorgio*. Sub ejus effigie olim scripsimus :

SEBASTIANVS . CATTANEVS
CLARI . NOMINIS . THEOLOGVS
CASTAE . MORVM . DISCIPLINAE . DEFENSOR . IMPERTERRITVS
EPISCOPVS . CHIEMENSIS . ANN . MDLXXXXII . RENVNTIATVS
HEIC . VITA . DECESSIT
IV . CAL . MAII . ANN . MDCIX

XLVI

D . M . — *Deo Magno*
QVOD . VESTRVM . EST
EX . ME . FRANCISCO
SYLVA . CISLAGO
POSTERISQ . MEIS
AD . DIEM . CHRISTI
IESV . D . N . VSQ
HIC . PIE . SERVANTO
IPSE . F . V . P — *Franciscus vivens posuit*
M . D . LXXIII

In hemipila dextera ante Sacellum SS. trium Magorum. Supra tessera gentilitia : infra Sepulcrum.

XLVII

HENRICO . CODEBOVI
MEDIOLANENSI
MEDICO . PRAESTANTISS
QVI . CIVIBVS . SVIS . VIXIT
ANN . LXXII
ET . BAPTISTAE . EIVS . FIL
FR . LVDOVICVS . ORD . PRAED
SACRAE . THEOLOG . PROFESSOR
AVO . ET . PATRI . M *Merenti*
V . P
KAL . MAII . MDLXX

Marmor parieti infixum e fronte Sacellorum S. Stephani Proto-Martyris, & S. Ambrosii, cui ſupereminent Inſignia, & repetuntur in lapide ſepulcrali has notas habente :

H . C *Henricus Codebos*

XLVIII

ALBERTO . CODEBOVI
ACRIS . ET . PRAESENTIS
ANIMI . VIRO
FRANCISCI . SFORTIAE . PRIMI
DVCIS . MEDIOLANI
DC . PEDITVM . DVCTORI
IOANNI . STEPHANO . HVIVS . F
HONESTIS . HOMINIBVS
HIERONYMVS
PROAVO . AVO . PATRI . SIBI
LIBERIS . POSTERISQ . SVIS
V . P
CIϽ IϽ LXXX

Lapis in muro e fronte Sacrarii. Supra teſſera gentilitia. Infra Sepulcrum cum his literis :

HIERONIM . CODEBOVIS
SEPVL . M . D . LXXX

XLIX

DOMVS METVS . . . . MATTHAEI
. . . . PIEN
TISSIMVS . OPTIMO . PARENTI . S. . . .
EREXIT . 14 DIE MENSIS MAII
1540.

Corroſum

Corrofum hoc Epitaphium in calce fcriptum eft internae hemipilae dexterae Arcus antiquiffimi cum Infigniis Confaloneriorum, retro adhaerentis Sacello S. Joannis Evangeliftae, fcilicet in vetere Coemeterio, quod dicebatur Chriftianorum, Bafilicam ambiente ad Orientem Meridiem & Occafum, in quo alios fuiffe Arcus nempe Sarcophagos, & varia Sepulcra docet Bugatus in Libro Sacrarii *pag.* 92.

L

EMANVELI . CHRYSOLORAE
CONSTANTINOPOLITANO
LITTERARVM . GRAECARVM
IN . INSVBRIB . ET . RELIQVA
ITALIA . SVB . VICECOMITIB . PP — *Principibus*
RESTITVTORI
THEODORAEQVE . CHRYSOLORINAE
EIVS . NP . FORMA . ET . ELOQVENTIA — *Nepti*
PRAESTANTI
FRAN . PHILELPHI . VIRI . AETATIS
SVAE . DOCTISSIMI
VXORI
AMICVS . HIC . SEPVLTIS
M . H . P — *Monumentum hoc pofuit*

Non fatis emendatam, atque difpofitam, quin imo mancam vitiofamque retulit Argelatus Infcriptionem hanc T. 4. *Biblioth. Scripp. Mediolan.* col. 2090. Ubi enim linea octava legit integre fic *Filiae* unica litera eft, quae potius E dicenda effet quam F. Et fi Argelatus oculo minus bile in Amicum accenfo, aut perfpicillis ufus, aut digito marmor ibidem tetigiffet, advertiffet fane tenuiores literas, quae figlam efficiunt, quaeque *Nepti* facile explicari poteft. Et revera P. Bugatus in *Memoriis Sacrariorum* hujus Bafilicae, quas fcripfit anno 1564. haec habet *pag.* 49.: *In eadem Capella D. Pauli* [quae nunc dicitur SS. Annunciationis] *eft fep. Theodorinae Nep. Emanuelis Chrifolari & Uxoris Francifci Philelphi, quae deceffit* 1441. Bugatus autem denatum heic Emanuelem nullimode dicit. Quare eum Conftantiae obiiffe 1415., ibique apud FF. Praedicatores, quos femper coluerat, fitum effe admittam ex Epitaphio in eadem Argelati Bibliotheca allato. Fortaffe Joannes Eques auratus, Philelphi Magifter, & Theodorae Pater jacet cum Filia. An ne & cor Patris, non offa, ut ait Argelatus, Filio tranfmiffum? Philelphus quippe aliis ductis Uxoribus pauper vita ceffit Senis, ibique jacet apud PP. S. Mariae Servorum. *V.* Saxium *Hift. Litter. Mediol.* col. 225., & Zenum *Differt. Voffian.* Et quum hujufmodi Homines aetate graves, conductique ftipendiis litteras ex more temporum, ubi expoftulabantur, publice docerent; hinc factum eft, ut nullibi diu confiftentes difficile fit aliquando ex defectu memoriarum, aut longe diffitarum, aliquid aetatis & mortis eorundem affirmare. Ceterum fi Argelatus, potius quam Pucinellum, cujus vitiofiffimas Infcriptiones fequutus eft, praevidere potuiffet Opufculum italicum P. Gradonici edit. Brixiae 1759.: *De Hominibus in Italia claris, qui a Seculo XI. ad XV. Graece docti fuerunt*, eorumque numerum ad XXXVIII., quorum notitiam Gradonicus fuerat hactenus expifcatus; nomen quoque illud in hoc lapide *Reftitutoris* Emanueli tributum criminatus effet, atque illud in *Amplificatori* commutaffet, nullis fortaffe factis mifero Amico induciis, quas tamen ejus temporis Sociis Gradonicus ipfe facit, feciffetque amplius ei, fi potius quam *Domus* Interprete Argelato, Emanuelis, & Philelphi *Doctrinae* Amicum crediditffet. Extat hic lapis in pariete dextro euntibus ad Sacellum Sancti Petri Martyris fub arcu ultra feneftram.

LI

D . O . M .
MAG . SCIPIONIS — *Magni ne, vel Magnifici?*
CRIB . SEP

Prope feptimam pilam dexteram in navi majore Ecclefiae cum teffera gentilitia detrita. In hoc Sepulcro ait Bugatus *pag.* 55. humatus ipfe eft D. Scipio anno 1540., & D. Hyppolita ejus Uxor anno 1558.

LII

LII

LVCHINO . PETRI . FILIO
CRIBELLO
IVRISCONSVLTO . EQVITI . AVRO . DONATO
SENATORI
TICINENSIS . ACADEMIAE . CONSERVAT
CREMONAE . GVBERNATORI
AD . HELVETIOS . PRO . LVDOVICO . MAXIMIL
ET . FRANCISCO . II . DVCIBVS . LEGATO
PATRIAE . PROPVGNAT . ET . CONSERVAT
ACERRIMO
SENATORI . TOGA . ET . ARMIS . ILLVSTRI
NE . TANTI . CIVIS . DVLCIS . APVD . CIVES
SVOS . PERIRET . MEMORIA
MAGDALENA . VXOR . BRASCHA
PETRI . FRANCISCI . CRIBELLI
PARVI . ET . VNICI . FILII
MATER . ET . TVTRIX
H . M . P

Ita in Codice Monafterii Ambrofiani fupra cit. *fol.* 86. Hanc eandem Infcriptionem Sitonus in Theatro Equ. Nobil. *n.* 319. refert pofitam *in Phano D. Victoris Burgi Nerviani*. Ergo dicendum eft Luchini Uxorem, *ne apud Cives fuos periret memoria* ejus, aliam ad hoc Sepulcrum prope januam Clauftri locatum pofuiffe, quae poftmodum, extinctis cum Filio haerede ejus Defcendentibus, evanuerit. Ex libello *dierum utilium* a Sitono cit. videtur obiiffe Luchinus anno 1535., ifque de Familia Cribellorum de Nerviano, minime vero Cribellorum Mediolani, aut Parabiagi, aut Uboldi; quamvis hae quatuor, tanquam illuftres & benemeritae Ecclefiae Mediolanenfis habiles aeque fint ad fufpiciendum in ea Ordinarii Cardinalatus dignitatem, uti legitur in *Statu Eccl. Mediolan.* MSS. Bibl. Ambrof. *fign.* 5. 311. cit. a Crefcentio P. 2. *Amphiteatri* MS. apud D. Jofephum de Cafate.

LIII

MELCHIONI . CRIBELLO
EPISCOPO . TEGASTEN
PRAEDICATORII . ORD . THEOL
HAERESEOS . APVD . INSVBRES
INQVISITORI
ARCHIEPISCOPI . MEDIOL
SVFFRAGANEO
HOMINI . LITTERIS . MORIBVSQVE
EXCVLTO
QVI . VIXIT . ANNOS . LXXV
EVSTORGIANI . FRATRES . PARENTI
OPT . MER . POSVER
NON . OCTOB . MDLXI

In Clauftro ad latus januae Capituli. De Viro hoc infigni fcripfimus in libro MS. *Memorie degli Inquifitori di Milano* ad annum 1521., & videndi Bugatus, ejufque Continuator Francifcus a Valle *Cronica del Monaftero di S. Euftorgio* MS. Haec porro habet Morigius *Hiftoria di Milano* lib. 3. cap. 16.

cap. 16. pag. 468. *Famosi Theologhi furono Melchione & Bernardino Crivelli; Uno fu Vescovo, & l'altro Inquisitore di Milano* [Novariae], *& ambi professi nel Monastero di S. Eustorgio di Milano. Et il Vescovo fu quello che mise la prima pietra nel fondamento della Chiesa di San Vittore al Corpo l'anno* 1560. Confer etiam Rosignolium *Vita della Contessa di Guastalla*. Nos in Sylloge seu collectione Fratrum Coenobii Eustorgiani Sanctitate Vitae obitisque muneribus inlustrium hanc Inscriptionem sub ejus effigie posuimus:

MELCHIOR . CRIBELLVS

VIR . LITTERARVM . PERITIA . PIETATE

ANIMIQ. FORTITVDINE . EXIMIVS

MVNERE . QVAESITORIS . HAERETICORVM . ANNIS . XXV . FVNCTVS

AD . EPISCOPALEM . SEDEM . TAGASTENSEM . EVECTVS . ANN . MDXL

IN . HOC . MONASTERIO . DIEM . SVVM . OBIIT . ANN . MDLXI

LIV

IOSEPHO . CRIBELLO
IO . AMBROSII . ET . BARBARAE . BIMIAE . F
QVI . TEMPLI . HVIVS . OBSERVANTISSIMVS
SACELLVM . HOC . ORNATV . AMPLIORI
AC . QVOTIDIANO . SACRO . EXCOLI
MANDAVIT
MAVRITIVS . BIMIVS
S . THE . DOC . PROT . APOSTOL
CANONICVS . BASILICAE . AMBROSIANAE
AFFINI . BENEFICENTISSIMO
L . M . P *libens merito posuit*

Intra Sacellum S. Eugenii ante aram cum duobus Insigniis, Cribellorum nempe & Bimiorum, lapidi sepulcrali incisis, sub quo R. D. Joseph depositus fuit Anno 1601.

LV

MAIORVM . CROTTORVM . SEPVLCHRA
QVIBVS . FVGITIVVS . HONOR . RESIDET
HIERONYMVS . CROTTVS . IVRECONSVLTVS
RHAVDII . PRINCEPS
QVALIS . QVALISQ. FVERIT . ET . FVTVRVS SIT
IMMORTALITATEM . ALIVNDE . SPERANS . INSTAVRAVIT

Extabat in Sacello veteri S. Vincentii Ferrerii, nunc SS. Rosarii. Hoc Sepulcrum fuerat instauratum circa finem Seculi XVI. Ex Theatro Sitoniano *n.* 464.

LVI

D . IO . LVCAE ET ISABELLAE DE CRVCIBVS
NEC NON ALEXANDRO MERLO ET
HAEREDIBVS ET SVCCESSORIBVS EORVM
ANNO MDCIIII

Ad gradus Sacelli SS. Hieronymi & Catharinae, nunc S. Annae.

LVII

LVII

HIC . IACET . DN̄S . MAGISTER . ANBERTVS . DE . LA . EVITEATIS . VTRIVSQVE MEDICINE . PITVS . Q . OBIIT . ANNO . DN̄I . M . CCCLXI

Hic titulus legitur in gyro magni lapidis, in quo figura graphio delineata, cum duplici teſſera vitinea. Extat in lavacro Veſtium Monaſterii.

LVIII

HIC . OBIERE . SITI
IO . AMBROSIVS . FERRARIVS . AN . NA . LIII *Annos natus*
VI . KAL . IAN . MDLXXXIII
IOANNA . VERO . AETKINSON . EX . ANGLIA . PR . KAL . OCTOB
MDLXXXVII

Ad cancellos Sacelli S. Honorati, cum teſſera gentilitia detrita.

LIX

I . F . F *Ioannes Franciſcus Ferrarius*
MDXCVI

Ante Sacellum S. Honorati a cornu Evangelii.

LX

IGNATIVS . ET . CAROLVS
FF . DE . FERRARIIS
SIBI . SVISQVE
Reſtaurarunt RR . MDCCLXI

Ultra ſecundam pilam in navi minori laeva in medio areae.

LXI

SEPVLCHRVM
HOC . FABRITIO . PATRI
ROSAE . MATRI
SIBIQ . POSVIT
ATQ . POSTERIS
IO . PETRVS . FRANBALIA

Ad hemipilam dexteram Sacelli SS. Roſarii, cum teſſera gentilitia.

LXII

LXII

SEPVLCRVM . ILLORVM . DE
GERENZANO . AC HIERONYMI
CRIBELLI CAVSIDICI
COLL^{ti} . MLNI . ET
FAMILIAE . SVAE
MDCIII

In hemipila prope humum dextera Sacelli S. Joannis, cum Insigniis, & Sepulcro.

LXIII

EPITAPHIVM . DNI . XPOFORI . GHILINI . VIRI . CLARISSIMI

HIC LAPIS EGREGIVM VIRTVTE ET SANGVINE CORPVS :
SACRA COHORS ANIMAM : NOMEN ET ORBIS HABET .
XPOFORVS GHILINVS ERAT CELEBERRIMVS VNVS
IVSTICIA : ET MAGNVS QVESTOR IN VRBE FVIT .
HVIC PIETAS : HVIC PRISCA FIDES : HVIC INCLITA VIRTVS :
HVIC MICVIT SACRE RELLIGIONIS AMOR .
AST EGO QVI NVNQ. POTVI TE EXTOLLERE VIVVM
LAVDIBVS : HAEC CINERI CARMINA SCVLPTA DEDI .
MILLE QVADRINGENTIS TRIGINTA NOVEQ. SVB ANNIS
IS PRIMA FEBRVI LVCE SENEX OBIIT .

Ad laevam portae Sacrarii in muro cum tessera gentilitia, & Sepulcro. Minus accurate habet hoc Epitaphium Argelatus *col.* 682. 83.

LXIV

D . O . M .
HEVS VIATOR
BERNARDI ET BENEDICTI
FRATRVM HOMATEOR
QVI SVB SFORCIA MOS SVB
CAESARE CASTISSIME
INTEGREQ . IVSTICIE
PRAEFECTVRAM
ADMINISTRARVNT
HOC IN TVMVLO
CINERES QVIESCVNT
MDXXXVII . XXI . OCT

Mox

In quinta pila dextera sub Organo, cum Sepulcro, in cujus lapide corrosa Insignia.

LXV

LXV

D . O . M .
LEONI . AVO . NOBILISS.°
PATRICIO
HIERONYMO . PATRI
FRANC . LEO . MVTIVS
ET . DIOMEDES
FRATRES . LAMPVGNANI
OPT . MERITIS
P
OCTAVO IDVS IVNII
CIƆ IƆ X CVII

In pila navis minoris dexterae prope Sacellum S. Eugenii. Supra teſſera gentilitia, infra Sepulcrum.

LXVI

IN HOC TVMVLO IA . . . .
. . . . DE LANFRANCHIS DE CIVITATE PISARV
OLI POTIS . . . .
. . . . III DIE XXI APLS CVI^S ANIA . REQESCAT . IM . PACE . AME

Mnemoſynon interciſum in gyro magni lapidis bifariam fracti, in quo diaglyptica Defuncti effigies cum habitu talari pellibus ſubſuto, bireto, enſe, & ſtatera juſtitiae. Utrinque ad caput teſſera gentilitia Lanfrancorum, nempe area cinnabaro atque argento in Semiſſem diremta, cujus pars ſuperior puniceo adhuc colore imbuta eſt. Ubi nam Poteſtas iſte ſederit quis edicat? In Chronico Piſano inſerto T. 15. Rer. Ital. Scripp. *col.* 1026. legitur anno 1355. D. Albizum de Lanfranchis miſſum a Communi Piſarum Legatum ad Imp. Carolum de Bohemia; & in funere Magni Ducis Noſtri Jo. Galeatii anno 1402. adfuiſſe D. Antonium, qui erat *Ambaxiator Domini Mantuae*. Sed neuter Poteſtas dicitur, quamvis uterque eſſe potuerit. Extat adhuc lapis iſte in loco Fabricae Monaſterii.

LXVII

SEP^m . NOB . D . BAPTISTE
DE LAVDE ET
HEREDVM SVORVM
MDXLVIII

Inter pilas tertiam & quartam dexteras navis majoris ante Sacellum D. Thomae Aquinatis cum Inſigniis detritis.

LXVIII

HIC IACET INCLVSVS FRIDERICVS PONTIFEX ALTVS
MORIBVS ORNATVS MADIORVM STIPITE NATVS
MCCCXXXIII . DIE . DOMINICA . XXI . MARCII

Prope Sacellum S. Annae in pariete laevo, ſcilicet e regione Sacelli S. Ambroſii, Arca marmorea, in cujus ſummitate & limbo legitur hoc Epigramma & nota temporis. In fronte Arcae exſculpta

exſculpta eſt imago Epiſcopi jacentis. Infra Sarcophagum teſſera magna gentilitia, & humi Sepulcrum, in quo conditus fuit D. Pompeus de Madiis mortuus die 25 Septembris anno 1576. Sub ea legebatur jamdiu pictum:

FEDERICVS MADIVS BRIXIE EPISCOPVS LONGE REVERENDISSIMVS
HIC IACET . OBIIT XII . KAL . APRILIS

Haec aliter, quo ad epochas, ſcio fuiſſe deſcripta, tranſmiſſaque ad Ughellium, unde plures ſententiae & errores fluxerunt, de quibus egi in Deſcriptione MS. Sacellorum hujus Baſilicae. Sed annus clare patet in marmore, & ut diei ibid. 21. Martii Calendae pictae reſponderent, nonniſi XII., uti ſcripſimus, potuit deſignari.

LXIX

SEPVLCRVM NOBILIS AC EGREGII VIRI DOMINI PETRI MARINONI

In medio pilarum navis majoris, ſeu quartae & quintae dexterae ante Sacellum SS. Angelorum, nunc S. Vincentii Ferrerii. Haec Inſcriptio legitur in gyro lapidis, & in hujus medio viſitur Angelus anaglyptice caelatus manibus tenens duo Inſignia aliquantulum exeſa.

LXX

IO . BAPTISTA MARONVS
PIO MARIANVS AFFECTV
PLVRIMA VIVENS
ET SE IPSVM MORIENS
OBTVLIT ROSARIO
OBIIT XXVI . DECEMBRIS MDCLXV
VT VIVAT AETERNVM
ANGELICO AVE PRECARE

Extabat in pavimento Sacelli B. V. ſub titulo SS. Roſarii. Ex Codice Bibliothecae Monachorum Ciſterc. S. Ambroſii *fol.* 133.

LXXI

HIC IACET HONORABILIS VIR DNS BELLOLVS DE MEDICIS
QVI OBIIT DIE LVNAE PRIMO MENSIS IVNII AN . . . .
CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE .

Ita Pucinellus *n.* 53., qui ait hoc Epitaphium extaſſe prope januam Clauſtri. An Bellolus iſte ex Aſcendentibus Coſmi? degent Mediolani in Porta Cumana, Paroecia S. Thomae in Terra amara, cujus quidem Coſmi Petrus & Joannes Filii, modo Mediolani, modo Florentiae habitabant, uti apparet ex Inſtrumento recepto per Lancellotum Sudarum 25. Jan. 1460. in quo Petrus, factis cum Joanne totius, ut ajunt, ſubſtantiae diviſionibus, Florentiam petiit, Joanne Mediolani permanente. Hujus Monumenti hactenus abſconditi participem me fecit D. Ignatius Eques Carraria, penes quem amplior eſt cit. Inſtrumenti notitia, & Coſmi Deſcendentium. Poſtquam autem haec ſcripſeram aliam idem Indagator aſſiduus D. Ignatius mihi praeſtitit ejuſdem Belloli ſive Belli notitiam ex Teſtamento D. Beltramoli ejus Filii habit. Mediolani in Porta Ticinenſi Paroecia S. Petri in *Camminadella* rogat. Ambroſino Suganapo an. 1405.

LXXII

IOH. AMBROSIVS
DE MELIAVACHIS
SIBI SVISQ
A. D. MDXLVI

Ante Sacellum SS. Rosarii in pavimento navis majoris prope Ottolinos ad dexteram.

LXXIII

EPITAPHIVM
GEORGII MERVLAE
HISTORICI
VIXI ALIIS INTER SPINAS
MVNDIQ . PROCELLAS
NVNC HOSPES CAELI MERVLA
VIVO MIHI
LANCINVS CVRTIVS
F
AMICVS
P

In pariete ultra januam Sacrarii sub arcu veteri e regione tabulae Chrysolorae. Plura de eo habet Saxius in *Hist. Litt. Typograph. Mediolan.*, & praesertim *col.* CXCVII., tum Argelatus in *Biblioth. Scripp. Mediolan.* T. 4. inter Exteros *col.* 2134. Illud ad rem nostram observandum est, Hominem fuisse Georgium literis quidem natum, sed acrem nimio fortasse quam deceret honestum Virum. Hinc multa actus, ad Philelphi Magistri sui exemplum, alios carpendi libidine, plures sibi aemulos fecit, quos poetice Curtius Spinas appellat, Ugoletum nempe, Calderinum, Vitellium, Fontanam, ipsumque auditorem suum Politianum. Porro inter alia, quibus Rempublicam Litterariam amplificavit, aliisque vivere potuit, unam recenseo Ausonii editionem, quam anno 1490. copiosiorem fecit ineditis ejusdem Epigrammatis, quae ex hujus Eustorgianae Bibliothecae Codicibus, tunc existentibus, feliciter deprompsit. Coelebs obiit anno 1494., & *funeralia* ejus ad hanc Basilicam, *sumptum Sphortia* [Ludovico Maria] *suggerente*, *adeo solemnia fuere*, *ut nonnulli*, ait Diamans Marinonus, *qui praefuere*, *jurejurando affirment*, *se magnificentius nihil aspexisse*.

LXXIV

NOB . FAMILIAE . DE . MOGNIS
OSSA . ET . CINERES

Sub arcu navis minoris laevae ad sextam pilam apud Sacellum S. Honorati in cornu Epistolae.

LXXV

CLARAE IO. AMBROSII A SOMMA
FILIAE VNICAE
IO. IACOBI MOLTENI CONIVGI
CARISSIMAE

HIERO-

HIERONYMVS MOLTENVS PHYSICVS
COLLEG. MEDIOLANI
ET STEPHANVS FRATER MATRI
PIENTISS. SIBI IPSIS POSTERISQ
SVIS ANNO SAL. MDLXXXVI. PP

A cornu Evangelii intra Sacellum S. Stephani Protomartyris, nunc Montis Calvariae. Hoc Sepulcrum cum Infigniis juxta P. Francifcum de Valle *pag* 75. in italica *Continuat. MS Chronici Bugatiani* videtur idem cum tumulo de Angleria & de Varifio. Veruntamen Bugatus *pag* 88. unum ab altero diftinguit, & cum eo Sartius *pag*. 59., quamvis verum fit quod ait P. a Valle, imo Bugatus idem *pag*. 33. D. Galeatium de Varifio ibidem fuiffe conditum an. 1511., & D. Bofcum de Angleria anno 1563. In eodem ergo Sacello ambos nemo negabit humatos, iftos nempe in tumulo de Angleria, alios vero in tumulo de Somma, nifi tunc unum ac folum effet, eodemque familia illorum fcilicet de Angleria & de Somma.

LXXVI

I . C . IO . OTTOLINVS
GEORGIO . PATRI . GABRIELI
PATRVO
SIBI . SVISQ . PARAVIT
ANNO MDCXCII

In navi majore ante aram S. Vincentii Ferrerii, nunc SS. Rofarii, in medio duorum Sepulcrorum, nempe de Meliavachis, & de Caffanis Diolis dictis de S. Maininis.

LXXVII

MAIORVM . SVORVM . SEPVLCRO
HVNC . LAPIDEM
GASPAR . FERDINANDVS . COMES . DE . PADO
ET . IGNATIVS . FRATRES
IMPOSVERVNT
A . D . MDCCLXXIII

Ante Sacellum D. Martini a latere Evangelii in navi minore dextera.

LXXVIII

D . O . M .

SEPVLCRVM DNI FRANCISCI PEREGO
DICTVS BOCCA GROSSA
ET DNI FRANCISCI DE CANOBIO
HAEREDVM SVORVM
AN . D . MDLVIII

In medio areae ante Sacellum D. Annae tumulus ab eodem Sacello fecundus. Hanc Infcriptionem a Pucinello hauftam & in marmore exefam, potui tamen ex apparentibus quibufdam literis fuos in verficulos diftribuere.

LXXIX

PLANTANIDIS . B . MERENTIB . GVIDO ANTONIO AVO QVI VIXIT ANNOS LIII
OBIIT III EIDVS APRIL . ANNO M . D . XLIV . CAMILLO PATRVO QVI
VIXIT ANNOS LXI . OBIIT VI KAL . IVL . ANNO M . D . XC
PAVLO PATRI QVI VIXIT ANNOS LXXIII. OB. DIEB. XXXIV POST FRAT *Obiit poſt Fratrem*
LAVRAE GARATAE MATRI OPT . QVAE ANNOS XXXVII NATA . XXIX ANNIS
ANTE VIRVM EST MORTVA . ET SIBI LIBERIS POSTERISQ. EORVM
DANIEL PLANTANIDVS IVRISCONS . EX CAMILLI PATRVI T *Teſtamento*
P . C *Ponendum Curavit*
ANNO . M . D . LXXXI

Prope pilam ſeptimam navis majoris a cornu Evangelii. Titulus iſte modo abſumtus, legitur apud Sartium *pag.* 57. retro. Alter tamen extat in eadem pila tenoris ſequentis:

LXXX

DEO . OPT . MAX .
ET
DIVO . EVSTORGIO
QVI . HVIC . TEMPLO . PRAESIDET
COLVMNAM . HANC . PROPE
SVOR . SEPVLCHRVM . POSITAM
DANIEL . PLANTANIDVS
IVRISCONSVLTVS
PLASTICE . EXORNANDAM
CVRAVIT . ANNO CIↃIↃXCI

LXXXI

FAMILIA
POGLIAGORVM

In Sacello SS. trium Magorum prope clathros ante locum Epiſtolae, abraſa teſſera gentilitia.

LXXXII

D . O . M .
HIC . IACET . D . PETRVS
MARTYR . DE . LA . PORTA . QVI
OBIVIT . DIE . VI . OTOBRIS
M . D . LVIII

Ad hemipilam navis minoris laevae ante Sacellum S. Eugenii, cum teſſera gentilitia.

LXXXIII

LXXXIII

D . IO . AMBROSIO . DE . POR
TALVPIS . AC . SVCCESSORVM . EIVS
QVI . OBIIT . V . MARTII
M . D . LXV

Sub gradu Sacelli S. Stephani Protomartyris, nunc Montis Calvariae.

LXXXIV

PIGELLVS PORTINARIVS
QVI PATRIA FLORENTINVS
NOBILITATE AC PROBITATE CLARISSIMVS
QVIQ. SACELLVM HOC
DIVO PETRO MARTYRI DICAVIT
HIC SEPVLTVS EST
DIE XI OCTOBRIS MCCCCLXVIII

Extabat ante aram Capitis S. Petri M., ubi nunc etiam Arca in qua Sanctum ejus Cadaver est, translata huc anno 1736. Picta Pigelli effigies, paludamento Senatorio induti, genuflexique ante pedes D. Petri, ibid. visitur in tabula coaeva, ejusque tessera gentilitia in pluribus Sacelli locis repetita. In fine tabulae legitur:

PIGELLVS PORTINARIVS NOBIL. FLORENTINVS HVIVS SACELLI A FVNDAMENTIS ERECTOR ANNO DOMINI 1462.

LXXXV

IOANNI RAMPOLANO MILITARI EQVESTRI SIGNIFERO
AERARII TORMENTARII ADMINISTRATORI
PATRVO IN PRIMIS BENEMERITO
IOANNES RAMPOLANVS NEPOS ET HAERES
HVNC TVMVLVM
VBI RAMPOLANI SVCCESSORES QVIESCANT
EX TESTAMENTO EXTRVXIT
ANNO MDCLXXXI

Prope secundam pilam in navi minori dextera ante Sacellum SS. Rosarii. Ex Codice Biblioth. PP. Cistercienfium ad S. Ambrosii *n.* 104. *fol.* 191.

LXXXVI

MARTINO RESTAE ATAVO
ANTONIO ABAVO
MARTINO PROAVO
BAPTISTAE AVO
JACOBO PATRI

NOBI-

NOBILIB. ET INTEGRIS
HOMINIB
ANGELAE CASTANAE AMBROSII F
MATRI OPT
BLANCAE SERONAE PROTASII F
VXORI FOEMINAE LECTISSIMAE
CONCORDIA SINGVLARI CVM MARITO
CONIVNCTAE
ANNOS NATAE LXIII
MORTVAE IV. EID. NOVEMBR
ANNO CIϽIϽLXXXII
IACOBO EX EA FILIO VIVENTI
IOANNES BAPTISTA RESTA
SIBI POSTERISQ. SVIS
V . F
ANNO CIϽIϽLXXXII

In pariete ultra feneſtram, quae ſtat e fronte januae Sacrarii, cum Inſigniis, & Sepulcro.

LXXXVII

SIBI POSTERISQ. SVIS
MAGNIFICVS AC GENER
COMES IOANNES RVSCA
HOC SEPVL. POS. AÑO
MCCCCLXII

Sub gradu cancellorum Sacelli Beatiſſimae Virginis Gratiarum, dictae Annunciationis, cum teſſera gentilitia ante lapidem Sepulcralem anaglypha.

LXXXVIII

IOSEPHO SACCO GENERIS CLARITATE
INSIGNI HVMANAE DIVINAEQVE
PHILOSOPHIAE AC ARTIS MEDICAE
DILIGENTIA IN PRIMIS EXERCITATO
VIRO PRO SINGVLARI VIRTVTVM
OĪVM DECORE MIRE LAVDATO
IMMATVRA CŌSVMPTO MORTE
LOISIVS FILIO B. M. P. P. OBIIT
MD MENSE

teſſera gentilitia

LXVIII . APRILIS .

In pariete prope januam Sacrarii. Infra Sepulcrum. Joſeph iſte Saccus, de quo nihil Argelatus, videtur Caeſaris filius, & Avus Jo. Baptiſtae, & Bonifacii, de quibus idem Argelatus, & nos aliqua mox dicemus.

LXXXIX

LXXXIX

SACELLVM HOC
SITV VICTVM PLANEQ. OBSOLETVM
IO. BAPTISTA ET BONIFACIVS
FRATRES SACCI
AERE SVO
IN FACIEM HANC MVTARVNT
DEIPARAEQ. GRATIARVM MATRI
NVNCVPARVNT
ALTERO IAM IN DIVI ALEXANDRI
S. IO. BAPTISTAE DECOLLATO
EXTRVCTO
MDCXXI

Sub feneftra ad Ortum Solis in eodem Sacello, quod nunc dicitur SS. Annunciationis.

GENTILITIVM INSVPER SEPVLCRVM
QVOD VICINVM ERAT
HVC TRANSTVLERVNT
DOTE ANNVA LEGATA
QVOTIDIANO SACRO PRO SE SVISQ.
AD HANC ARAM PERPETVO FACIVNDO
PVELLISQ. DECEM ANNVATIM
LOCANDIS

In eodem Sacello e regione praecedentis cum infculpta lapidi fepulcrali, alibique, teffera gentilitia. Argelatus in *Bibl. Scripp. Mediol.* col. 1269. non habet hos lapides, imo nefcire videtur quam magnifice, erecto ftratoque vario marmore, clathrifque orichalco obductis, hoc Sacellum plaftico deaurato opere Fratres reftaurarint, adhibito ad totum depingendum celeberrimo Viro Daniele Crefpio. Cetera, quae ad Ciceronianum hominem Jo. Baptiftam pertinent, vide apud Argelatum collecta ibidem diligentiffime. Unum addam quod eruitur *fol.* 48. & 53. ex Chronico hujus Monafterii MS. exarato a coaevo P. Francifco de Valle: nempe anno 1609. die 14. Aprilis fefto SS. Trinitatis ad Vefperas, magnam populi multitudinem ad hoc Sacellum factam ex voce quorundam, qui orantes ad vetuftam imaginem Deiparae, in dextero ejufdem Sacelli muro depictae, affirmabant eam oculis intumuiffe, & fanguinem adhuc emittere. Orabant, ftabant, mirabantur, cereos & vota pro gratiis, quas quifque narrabat, acceptis offerentes. Atque ifta effigies illico in tota Urbe *Virgo Miraculorum* proclamata. Examen inde hujus rei coeptum, & quamvis Scriptor mirum aliquid dicat recognitum, nihilominns juffu Card. Archiep. Federici Borromei provifum eft, firmiter afferibus, uti folet, effigiem obtegendam. Plebs, ut cognovit quod factum fuerat, ita excanduit, ut aliqui Miniftrum Archiepifcopi, ab ordinatione & executione redeuntem, plufquam cachinnis & imprecationibus exceperint. Piiffimi Fratres Bonifacius Rationalis R. Cenfus, & Jo. Baptifta a Secretis Senatus excandefcentem populi devotionem aegre tulerunt quidem, damnabantque, fed faniorem ceteris impeditam dolebant. Dolorem hunc faepius fortaffe Borromeo expofuit Joannes, qui ex doctrina & fuavitate morum ei admodum familiaris erat, obtinuitque poft decennium, ut fupra aram, quam novam Fratres facerent, ficuti effecerunt, translata detectaque imago exponeretur. Ceterum Jo. Baptifta obiit, quod fibi ignotum dicit Argelatus, anno 1629. aetatis fuae 84., delatumque fuit ad hoc Sacellum cadaver ejus die 19. Septembris. Porro ex Cod. MS. *n.* 104. Biblioth. PP. Ciftercienfium ad S. Ambrofii aliam fane mobilem ab his Fratribus pofitam heic fuiffe Infcriptionem patet, eamqne folito Jo. Baptiftae ftylo eleganter fcriptam, quae *fol.* 87. *retro* fic legitur:

VIR-

VIRGINI MATRI GRATIARVM
QVAE HIC COLITVR
QVOD IN PARTV DIFFICILLIMO NOVAE PVERPERAE
ANIMAM AGENTI
INVOCATA ADSTITERIT
SOSPITEMQVE PRAESTITERIT
CONDITORES HVIVS SACELLI
Effoetae PHOETAE PROPINQVI
GRATES SOLVVNT

XC

LANFRANCVS SEPTARA CONSVL MEDIOLANI ET COMES CREATVS
A FEDERICO II . IMPERATORE . OBIIT 1196.

In Clauſtro Monaſterii . Sic Pucinellus *Memorie Antiche* pag. 121. *n.* 7. non advertens anno 1196. Federicum II. Imp. vix ab anno natum. Federico igitur demenda unitas numeralis a Pucinello appoſita ut exurgat Federicus I.

XCI

ALBERTVS SEPTARA CONSVL MEDIOLANI ET HENRICI IV IMP
IVDEX ET NVNTIVS . OBIIT 1197.

In Clauſtro Monaſterii . Idem Pucinellus , qui loco cit. *n.* 7. unitatem Federico addidit , heic *n.* 8. praevertit , aut etiam Henrico adjungit . Quintus enim inter Henricos eſt, qui Sextus dici ſolet .

XCII

D . O . M
IACOBVS MARIA STAMPA
FLOS SENATORVM EQVITVM
CIVITATIS ORNAMENTVM
VERAE AMICITIAE FIRMAMENTVM
QVI NEMINI NOCVIT
QVEM NEMO VNQVAM OFFICIO SVPERAVIT
HOC CONDITVR MONVMENTO
CVM RESVRRECTIONE IMMVTATIONEM
SPERANS
VIXIT ANN. LXXI
M. D. H *menſem diem horam nempe reſurrectionis*
SCIT NEMO
OBIIT XVI KAL. IANVA
MDLVIII

In muro dextero Sacelli SS. Hieronymi & Catharinae, nunc S. Annae, ſub feneſtra ad Orientem . Infra Sepulcrum .

IO. MA. II. STAMPA
HERES
P

Sub feneſtra e regione praedictae ad Occaſum. Has Inſcriptiones ſimul habet Argelatus *col.* 1438.

XCIII

LVCILIO TERZAGIO MEDIOLANENSI
PALATINO GYMNASIARCHO VIRO INCLYTO
LATIIS GRAIISQVE MVSIS EXCVLTO
MORIBVS AD GLORIAM REFERTO
DOCTRINA INSIGNI ANTIQVITATIS ERVDITO
LIBRIS EDITIS ILLVSTRI
SVMMVM PRINCIPVM GRATIA
ET OMNIVM AMORE PRAEDITO
QVI
ANNIS PVBLICE DOCVIT XLI
LXXVI VIXIT
PATRIAE POTIVS QVAM SIBI
IACOBVS PHILIPPVS
ORATORIAE IN PALATINIS PATERNI MVNERIS ASSERTOR
PARENTI OPTIME MERITO
MOERENS POSVIT
ANNO MDCXXXVII
VIRTVTES LAVDESQ. VIRI PER TRISTIA FATA
NEC RAPIT INTERITVS NEC RECIPIT TVMVLVS
TERZAGI ICTA LICET GENITRIX SIT PATRIA CASV
PLVS GENVISSE REFERT QVAM PERIISSE DOLET

In pariete laevo extra Sacellum S. Joſephi ſuper quamdam januam. De his, aliiſque e Terzagiorum gente Viris inclytis multa habet Argelatus in *Biblioth. Scripp. Mediolan.*

XCIV

SI QVA SEPVLTVRAE TE TANGIT CVRA VIATOR
HAC COMES OSSA PETRVS MOLE THORELLVS HABET.
CONSILIIS SENIOQ. PARENS GVIDO VICIT ET ARMIS
NESTORA PAR MATRI NEC THETIS ANGVIGERE.
FLOS EGO MILITIAE TENERIS SVM DICTVS IN ANNIS:
QVODQ. VIR EACIDES IAM PVER IPSE FVI.
SPHORTIA MILLE VIROS NOBIS SVCCVMBERE VIDIT
PRIMAQ. VIRTVTI PALMA DICATA MEE.
O QVOTIENS DIXIT DVM VIX CREDENDA VIDERET:
DA FORS DA VIVAT NEC DEDIT ILLA DIV.
LAVDIBVS INVIDIT NOSTRIS DVLCEMQ. IVVENTAM
VVLSIT ET IRATO SIS AIT ORE CINIS.

MILLE QVADRIGENTIS EGO SEXDEMQ. SVB ANNIS
FELICES MECVM SENSI OBIISSE DIES.
FLORIDVS OCTO DECEMQ. DIES NVMERABAT APRILIS
CVM TIBI FLOS CECIDIT CARPIA TERRA MEVS.

Lapis in terra prope Sepulcrum, quod eſt ſub Arca marmorea multis decorata ſignis, & octo fulcita ſpiralibus columnis. Multa heic praetereo & grandia ſphalmata, quibus haec carmina infarcivit Pucinellus; in iis quippe annotandis, quae Titulis ab eo relatis interſeruntur, nimium viderer Lectore abuti.

XCV

D. O. M.
IO. PETRO VARISIO
QVI SACRIS E LIBRIS HAVSTA PRAECEPTA
RE COMPROBANS NOTIS IGNOTISQ. VOLENS
IVXTA PROFVIT NEMINI SCIENS OBFVIT
LVDOVICVS FRATER
SIBIQVE AC POSTERIS SVIS
Monumentum Hoc M. H. *teſſera gentilitia* V. P. *Vivens Poſuit*

Hoc Epigramma legitur ſub buſto Joannis Petri in pulchro Monumento marmoreo, quod adhaeret dextero parieti extra Sacellum S. Joſephi, aliàs S. Antonii Abbatis. Creſcentius P. 2. *Amphiteatri* MS., apud diligentiſſimum hujuſmodi, aliarumque eruditarum rerum conquiſitorem D. Joſephum de Caſate ſupra cit., eum J. U. Doctorem Romae degentem praedicat, qui Hieronymo Nepoti ſuo Claudiam Sororem Cardinalis Arrigonii in Uxorem dederit. Verum in arbore gentilitio Vareſiorum Comitum de Roſate, ubi Jo. Petrus recenſetur, ipſam lego nomine Juliam, eumque deceſſiſſe poſt dimidium Seculi XVI. *V.* alibi in hac Eccleſia ſepultum D. Galeatium in tumulo DD. de Somma & de Angleria, cujus Galeatii facta eſt mentio in Annotatione ad Sepulcrum de Moltenis.

XCVI

OB DIVI ONVFRII DEVOTIONEM PETRVS MARTYR DE VIGLEVANIS
SECVNDVM HOC HABITACVLVM SIBI ELEGIT AC POSTERIS DONEC TERTIVM
AN. MDCXXIV. DIE XX. NOVEMBRIS

Ex Pucinello *n.* 54., qui ait extaſſe prope januam Clauſtri.

XCVII

DOMINE LANTERNONE VXORIS DOMINI CARNEVARII DE VICOMERCATO
ET DNI . . . .

In gyro veteris lapidis, quem ex parte vidi ſub Urna SS. Victoris & Coronae ſtante ſub ara Sacelli S. Eugenii, dum illa aliquantulum anno 1760. removeretur ut locus eſſet Artifici firmandi menſam ejuſdem arae marmoream.

XCVIII

VERCELLINVS MARIA VICECOMES
IO. BAPTISTAE SENATORIS F.
S. ALEXANDRI IN AGRO LAVMELLINO MARCHIO ET DOMINVS
LAVANIAE VALIANI OSSONAE CEREGALLI S. ZENONIS &c. TOPARCHA
EX SECRETIORI APVD INSVBRES CONSILIO
MILITARIVMQ. MVNIMENTORVM PRAEFECTVS GENERALIS &c.
SVOS POSTERORVMQVE SVORVM CINERES
NON IN ANTIQVO IVXTA ARAM MAXIMAM TVMVLO
SED IN HOC D. THOMAE AQVINATIS SACELLO
IN QVO MAIORES SVI
VNA CVM MEDIOLANENSIBVS EX EADEM GENTE PRINCIPIBVS
IVS SEPVLTVRAE OLIM HABVERVNT
CONDI MANDAVIT
ANNO REPARATAE SALVTIS MDCLXXV

Albus lapis in pariete dextro Sacelli S. Thomae Aquinatis e fronte magni Sarcophagi marmomorei, in quo condita anno 1321. Bonacoffa de Burris Uxor Magni Matthaei Vic. Imp. Mediolan., qui tefte Bugato Sacellum aedificavit, tum Achilla & Zacharina eorum filiae, ipfarumque frater Stephanus, atque hujus filius Matthaeus. Porro ad antiquum hujus Sacelli tumulum pertinet haec nova fequens Infcriptio:

XCIX

MARCHIO
VERCELLINVS MARIA VICECOMES
CASTRORVM IN INSVBRIBVS
PRAEFECTVS GENERALIS &c.
SIBI POSTERISQ. SVIS
EX EADEM FAMILIA
HOC MONVMENTVM POSVIT
A. D. MDCLXXVIII

Sepulcrum in medio ejufdem Sacelli.

C

MAPHEOLVS VICECOMES VIR NOBILISSIMVS
OLDI FILIVS
VBERTI OLIM MATTHAEI MAGNI FRATRIS PRONEPOS
SEPVLCRVM HOC ANTE TRIVM MAGORVM ALTARE
SIBI POSTERISQ.
XII LVSTRIS ET SECVLO IAM DECVRSIS POSVERAT
QVANDO EIVS ABNEPOS ALIVS MAPHEOLVS VICECOMES
GEORGII FILIVS
nunc COMI BOBII PRAETVRA MOGVNTIAE ET BINASCHI CAPITANEATV
Modoetiae
BIS OPTIME POTITVS
SARCOPHAGO HOC

 CVM

CVM ATAVITO CADAVERIBVS PLENO CONTINERI NON POSSET
HVMATVS EST
AETATIS ANNO LXV. MEN. X. D. XII. LIBERIS OCTO SVPERSTITIBVS
OBIIT AVTEM D. AGNETIS FESTO MDX
IO. PETRVS VICECOMES MEDIOLANENSIS PRAEPOSITVS ET FRATRES
MAPHEOLO GENITORI BENEMERENTI POS.
ANN. SAL. MDXV. DIE XI OCTOBRIS

Stabat extra Sacellum SS. trium Regum in pariete dextro, ubi nunc arcus ſub Choro eſt. Hoc Mnemoſymon habet Pucinellus ſed vitioſum, & ſine diſtinctione, uti ſolet, ſeu ordine linearum. At ego retuli ex cit. Codice Ambroſiano, cujus Scriptor ait *fol.* 84. ſe illud tranſcripſiſſe ex MSS. Caſtellianis. In Sepulcro autem hujuſmodi, tunc novo, lapidique proximo, humati ſunt praedicti Vercellini Aſcendentes, & Senator Jo. Baptiſta. P. Franciſcus a Valle lin. 10. legit. *pag.* 75. *perfunctus*, & lin. 12. *cum Atavorum*. De Maffeolis Vicecomitibus. *V.* Argelat. *col.* 1630.

CI

GVIDO VICECOMITI MEDIOLAN
VNI EX QVESTORIB. REDITVVM ORDINARIOR
PHILIPPI AVSTRII HISPANIAR. REGIS
VIRO NON MINVS INTEGRITATE VITAE
QVAM CLARITATE GENERIS INSIGNI
MORTVO XV. KAL. IVN. ANNO M. D. LXXXIII
PAVLA LAVRA CONIVGI CARISS
EIVS IVSSV
SIBI LIBERIS ET POSTERIS
F. C. — *fieri*, vel *faciendum curavit*

Ex Sartio *pag.* 57. retro. Ante gradus arae majoris.

CII

SEPVLCRVM
QVOD COMITES VICECOMITES
DD. SOMAE ET LONATI POZZOLDI
DESCEND. AB VBERTO MATTHAEI MAGNI FRE — *fratre*
ABOLITO IN SVPERIORI ODEO HVMANDI VSV
HIC POSVERVNT
ANNO SALVTIS MDLXXXI. INSTAVRATVM
IVSSV COM — *Comitis*
NICOLAI MARIAE VICECOMITIS

In gradu laterali Sacelli S. Eugenii extra clathros ferreos, ubi antequam diſrumperetur murus & arcu aperiretur, extabat juxta P. de Valle *pag.* 73. arca marmorea ejuſdem Uberti.

CIII

REGVLA

Magnus lapis in latere ſiniſtro ejuſdem Sepulcri erectus cum hoc nomine exculptae jacentis F oeminae

Foeminae & cum duabus ad caput tesseris gentilitiis, Anguis nempe Vicecomitum, & Leonis familiae suae Guidiorum tunc Galeatiorum dictae, ut ait Bugatus in Memoriis Sacrarii *pag.* 15.

CIV

MAGDALENAE TRIVVLTIAE
IOAN. FIRMI F. ANT. VICECOMITIS
VXORI QVAE AB INEVNTE AETATE
INVIOLATA PROBITATIS
PVDICITIAEQ. FAMA AD ANNVM VSQ.
LXXX VITAM PERDVXIT
VNOQ. OMNIVM CONSENSV PRISCAS
MATRONAS OMNI LAVDIS
GENERE AEQVAVIT
MORIENSQ. DEMVM NON SECVS AC SI
IMMATVRA MORTE OBIISSET
TRISTE SVI DESIDERIVM
RELIQVIT
IOAN. BAPT. VICECOMES
MATRI B. M. MOERENS
POSVIT

MAGDALENAM VICECOMITEM
QVAE MAGD. TRIVVLTIAM NEPTIS
MIRE AVIAM VVLTV ANIMOQ.
REFEREBAT SED IN IPSO AETATIS
FLORE ANNVM AGENS XV
OCTAVO AB AVIAE INTERITV MENSE
ACERBISSIMA MORTE
PRAEREPTA EST
IOAN. BAPT. ET VETVRIA VICECOMES
CONIVX FILIAM CARISS. ET VSQ.
AD VITAE TAEDIVM DEFLETAM
EODEM TVMVLO CONDIDERVNT
VT AMBAE HVMANIS EXVTAE
MISERIIS VNA PERPETVO
CONQVIESCERENT
MDLVIII

E regione praedicti Lapidis Regulae sub eodem arcu.

CV

EXCEL. D. MARCH. D. THERESIAE VICECOMITIS
FILIAE
EXCEL. D. MARCH. D. IO. FRANCISCI SERRAE
DVCIS CASSANI IN CALABRIA
APVD INSVBRES PRAEFECTI CASTRORVM

ET

ET EXCEL. D. MARCH. D. IOANNAE AB AVRIA
EX DVCIBVS TVRSENSIBVS
VXORIS
EXCEL. D. D. CAESARIS VICECOMITIS
MARCHIO. CISLAGI ET COMITIS GALLARATI
DECANI DECVRIONVM MEDIOLANI
EQVITIS AVREI VELLERIS
EX PROCERIBVS HISPANIARVM
ET MILITVM EXTRA VRBEM GENERALIS PRAEFECTI
MATRONAE
PARI SPLENDORE
VIRTVTIS AC SANGVINIS CLARISSIMAE
MORTALE SPOLIVM
IN HOC GENTILITIO TVMVLO IACET
SPIRITVS QVIESCIT IN DEO
IN QVO VNO REQVIEM INVENIT
OBIIT IV CAL. FEBR. ANNO DNI MDCCVII

CVI

D. CAESAR VICECOMES
S. R. I. ET CISTELLAGI MARCHIO
GALLARATI COMES
SOMMAE CONDOMINVS
AVREI VELLERIS EQVES
SVBVRBANAE PRAEFECTVS MILITIAE
CASTELLAE MAGNAS EX INSVBRIBVS PRIMVS
CLARISSIMAE SVAE FAMILIAE VLTIMVS
PIVS IN SVPEROS
FIDVS IN PRINCIPES
BENIGNVS IN SVBDITOS
HOSPITALIS IN ADVENAS
MISERICORS IN EGENOS
IN OMNES BENEFICVS
ANNO SAL. MDCCXVI. AET. SVAE LXXIII
SPIRITV AD PRAEMIVM EVOLANTE
EXVVIAS HIC RELIQVIT

Hi duo nigri lapides characteribus deauratis inſcripti cum Inſigniis deſuper pictis infixi ſunt muro laterali extra Sacellum S. Eugenii ad laevam ſupra Sepulcrum. Haud procul eſt magnus lapis, ſub quo Hercules Vicecomes Damiatae Archiepiſcopus (D. Caeſaris Frater) qui fatis exceſſit anno 1712. die XI. Decembris, conſumta omnino Epigraphe.

CVII

MCCCCXXVII . HOC . OPVS . FECIT . FIERI . MAGNIFICVS . D . GASPAR . VICECOMES
FILIVS . CONDAM . MAGNIFICI . DNI . VBERTETI . VICECOMITIS

In

In limbo Arcae marmoreae ſignis & anaglyphis & Inſigniis decoratae columniſque ſuffultae, & ab Excellentiſſimo Comite D. Julio Vicecomite locatae intra murum Sacelli S. Jo. Evangeliſtae in cornu Epiſtolae.

CVIII

IN HOC SEPVLCRO IACET MAGNFIA DOMINA AGNES
OLIM VXOR MAGNIFICI MILITIS DNI GASPARIS VICECOMITIS
QVAE OBIIT DIE XXVIIII MSIS SEPTEMBRIS MCCCCXVII.

In gyro magni Lapidis ſepulcralis, in quo effigies Agnetis cum tribus filiis, & Inſigniis duobus Anguis & Aquilae exſculpta, erecti in cornu Evangelii ſub Arca marmorea anaglyptice exornata. Hanc fuiſſe Agnetem de Beſutio docent me duo Inſtrumenta, alterum *Procure facte per Spectabilem & Egregiam Dominam Agnetem de Bexutio qu. Spectabilis & recolende memorie D. Petri in Egregium Virum Dominum Leodriſium Cribellum ad celebrandum ejus nomine matrimonium cum Magnifico & ſtrenuo Milite Domino Gaſpare Vicecomite q. Spectabilis & recolende memorie Domini Uberti cum conſenſu previo Domine Domine de Ruſconibus ejus Matris ac Spectabilis Domini Ludovici de Bexutio ejus Fratris* receptum per Joannolum de Bexutio Mediolani Notarium 1412. 25. Febr. Et alterum dotis *dicte Magnifice & generoſe Domine Agnetis de Bexutio in Florenis* 1912.$\frac{1}{2}$ *ſolute per Spectabiles & generoſos Viros Dominum Ludovicum Aloiſium & Antonium ejus Fratres de Bexutio prefato Magnifico & Strenuo Militi Gaſpari Vicecomiti* &c. Quod item Inſtrumentum receptum fuit ab eodem ut ſupra Notario, eodemque anno die 29. Novembris. Quorum quidem Inſtrumentorum Regeſta, ſeu ut ajunt Abbreviaturae nuper extabant penes J. C. Dominum Mereghinum Mediolani Notarium, ita me admonente D. Ignatio Equite Carraria A. C., ac Nobb. Familiarum Mediolan. Chroniſta.

CIX

	P. B. P.	*Patri Benemerito Patriae*
	OCTAVI VICEC. SI AD SE SVBTRAXERE	
	DII: CVR DEFLET CIVIT. MERITO: IS	*Patricius Et Eques Nobiliſ.*
	ENIM PAT. ET EQ. NOB. APVD REMP. VEN	*Apud Rempublicam Venet.*
	PRO D. FR. II. MED. DVCE OR. PRVD: MOX	*Pro D. FranciſcoII. Mediolani Duce Orator Prudentiſſimus*
Divo Carolo Optimus Senator	SVB. D. CAR. V. RO. IMP. OPT. SEN. EXTITIT	
	VNIVERSIS PRIN. GRAT. CVNCTIS AMAB	*Gratus Amabilis*
	NVLLI MOLESTVS: QVARE TOTA IPSA	
	CIVIT. QVASI P. PAT. AMISSVM PRAE	*Patrem Patriae*
	CAETERIS TN CAESAR F. HAVD	*Tamen*
	DEGENER PERPETVO LVGEBIT	
	VIXIT AN. LX. OBIIT DIE XXXVIII IAN	
	MDXXXXV	

In eodem Sacello S. Joannis ſuper januam in cornu Epiſtolae.

CX

D.O.M
AVITVM SACELLVM VETVSTATE OBSOLETVM
IVLIVS VICECOMES BORROMEVS ARESIVS
COMES PLEBIS BREBBIAE &c. EX MAGNATIBVS

HISPA-

HISPANIARVM EQVES INSIGNIS ORDINIS
AVREI VELLERIS SACRAE CAESAREAE ET
CATHOLICAE MAIESTATIS ACTVALIS CONSILIARIVS
STATVS REI TORMENTARIAE
GENERALIS ET APVD SERENISSIMAM
BELGII INFERIORIS AVSTRIACI GVBERNATRICEM
SVPREMVS IN BRVXELLENSI AVLA
PRAEFECTVS ET PRIMVS MINISTER REFICIENDVM
ORNANDVMQVE CVRAVIT
ANNO SALVTIS MDCCXXXI

Ibidem ſuper januam in cornu Evangelii.

CXI

VICECOMITIS BORROMEAE ARESIAE GENTIS
CINERES

Lapis Sepulcralis inter cancellos marmoreos & clathros ejuſdem Sacelli ferreos.

CXII

HIC SITVS EST
SCARAMVCCIA VICECOMES
EQVITVM CATAPHRACTORVM
DVCTOR QVEM
PHILIPPVS MARIA VICECOMES
MEDIOLANENSIVM DVX
CARVM HABVIT ET
HAC IPSA CELLA DONAVIT
III NON. SEP. AN. MCCCCLVII

Marmor cum teſſera anguigera parieti dextro Sacelli S. Martini infixum, & cum infrapoſito Sepulcro ſignato anno 1708. anguem anaglyphum habente. In hoc Sacello, cui ab extra pictae adhuc viſuntur teſſerae gentilitiae Turrianorum, conditus fuit Martinus a Turre, qui dicitur Quartus, anno 1307., Caſſonis Primi filius, qui, teſte Calcho, hoc Sacellum aedificaverat. In fornicis angulo ſuper januam ad latus Evangelii picta ſtat effigies juvenis Blancae Mariae ſupradicti Philippi Ducis filiae cum teſſera in Veſtimento gentilitia & prope literis BLA. MA. Epocha hujus lapidis eſt diminuta; jam enim anno 1457. decennio Philippus obierat. Propterea dicendum eſt prae anguſtia ſitus marmorarium omiſiſſe notam numeralem X. ante L. Quid, niſi ad annum diemque Georgii dicti Scaramutiae emortualem eſſet referenda? Ita ſane Argelatus *Biblioth. Scripp. Mediolan.* T. 3. *col.* 1590 ubi de Dominico Aycardo Nob. Papienſi in Vicecomitum familiam anno 1415. adoptato fuſe differit, ejuſque Deſcendentibus.

CXIII

D . O . M

ANTIQVVM FAMILIAE SEPVLCRVM
DVCALIS OLIM BENEFICENTIAE
MONVMENTVM

FR.

FR. ALOYSIVS VICECOMES
EQVES IEROSOLYMITANVS COMMENDATARIVS
DVX EQVITVM GRAVIS ARMATVRAE
MAIORVM MEMORIAE POSTERORVM DECORI
SIBIQVE INSTAVRAVIT
ANNO SALVTIS MDCCVIII

Lapis in cornu Evangelii muro Sacelli S. Martini affixus prope aram.

CXIV

ALEXANDER VICECOMES
EX LX DECVRION. MEDIOL
VRBANAE MILITIAE TRIBVNVS
MARCHIO SCARAMVCIA VICECOMES
EX LX DECVRION. MEDIOL
PAVPERVM PATRIMONIO
IN LOCIS PIIS ADMINISTRANDO
CIVILIBVS CVRIS EXPEDIENDIS
PRVDENTIA ET INTEGRITATE COMMENDATISS
CVM DILECTISS. CONIVGE OCTAVIA GALLIA
COMMVNE MORTALITATIS DEPOSITVM
HIC HABENT
MARCHIO CAROLVS MARIA VICECOMES VIVENS
AVI PATRIS AC MATRIS PIAS EXVVIAS
EX PROXIMO SEPVLCRO
HVC TRANSFERRI CVRAVIT AN. MDCCIV

Marmor obſtruens Sepulcrum in latere ſiniſtro Sacelli S. Martini, cui prope eſt aliud Sepulcrum ante aram, cum duabus teſſeris gentilitiis.

CXV

D . O . M
CAROLVS MARIA VICECOMES EQVES HIEROSOLYMIT
GERMANICARVM COHORTVM
ITALICORVM HASTATORVM DVCTOR
MILITVM TRIBVNVS
A PHILIPPO III HISPAN. REGE
HONORIFICENTISS. TITVLIS AC STIPENDIIS AVCTVS
HOLLANDIAE BELGIO GALLIIS
BELLICAE VIRTVTIS GLORIA SPECTATISS
PRIMAM AB ARMIS PACEM HIC HABET
MARCHIO CAROLVS MARIA VICECOMES
EX LX DECVRION. MEDIOL
VRBANAE MILITIAE TRIBVNVS
IN MEDIOL. DVCATV VIARVM PRAEFECTVS

EIVSDEM SANGVINIS ET NOMINIS HAERES
PATRVO SVO MAXIMO
MEMOREM LAPIDEM P. P. ANNO MDCCIV

In pariete laterali finiftro Sacelli S. Martini.

CXVI

D . H	fortaffe *Deo Honor*
COGNATIS	
RELIGIOSIS . RELIG.[S] F	*Religiofus Frater*
THO . DE . VRTICIS . ORD	
PRAED . RELIGIOSE . COGITANS	
B . M . V . POSVIT . A . D	*Bene Merentibus Vivens*
MDLXXIII	
KAL. OCTOB	
VRTICA FELIX PERIIT	

In laeva hemipila Sacelli S. Honorati, cum teffera gentilitia, cujus *Urticae* alludens hoc ultimo verfu forte innuit familiae fucceffionem interemtam.

CXVII

QVIRICVS DE VVLPIS SIBI
SVISQVE POSTERIS POSVIT
ANNO MDXCVII

Ex Sartio *pag. 57.* Prope fecundam pilam, quae ingredientibus laeva eft, in majore navi Ecclefiae.

CXVIII

VENERANDI CONSORTII
SANCTISSIMI NOMINIS IESV
ET TRIVM SS. REGVM MAGORVM
MDCCXXXIII

Hoc Sepulcrum extat intra clathros ferreos hujus Sacelli in cornu Evangelii, & aliàs effe debuit Lodrifii Vicecomitis.

CXIX

D . O . M
SACELLI BEATAE VIRGINIS
DE ROSARIO
CVRATORVM OSSA
ALTERAM VITAM
EXPECTANTIA

In medio Sacelli, ubi antea Sepulcrum generofae familiae de Crottis.

CXX

CXX

SCHOLAE
SS. ROSARII
MDCCLXII

Inter pilas navis majoris ante Sacellum SS. Rofarii, in quo jampridem erat Sepulcrum hujus Sodalitatis, tefte Pucinello *n.* 39. cum hac fequenti Infcriptione:

CXXI

DIVAE MARIAE SEMPER VIRGINI ET IESV CHRISTI SALVATORIS MATRI SANCTISSIMAE ROSARII SODALES SVA ET ALIORVM PIORVM PECVNIA CELLAM HANC PLASTICE AVRO PICTVRA EXORNARVNT ANNO MDLXXI

Ex Pucinello *n.* 39.

CXXII

MARIBVS FOEMINIS

Duo lapides Sepulcrales ante Sacellum S. Vincentii Ferrerii, quod eft quintum in navi minori dextera Bafilicam introeuntibus. Pertinent ad Confortium SS. Sacramenti fub titulo S. Vincentii Ferrerii.

CXXIII

SEP.
SORORVM
T . O

Hoc Sepulcrum Foeminarum Collegiat. tertii Ordinis S. Dominici eft in Capitulo, ubi etiam Sepulcr. PP. & FF. Ord.



FOEMINAE ALTERIUS COGNOMINIS.

INDICULUS

Aliquarum rerum non Sepulcralium.

IN-

INSCRIPTIONES SEPULCRALES

In Templo & Conventu S. Mariae Gratiarum Ord. Praed. Mediolani exiſtentes

Aliiſque in Eccleſiis & Monaſteriis ad eundem Conventum ſpectantibus .

INSCRIPTIONES

IN TEMPLO ET CONVENTU

SANCTAE MARIAE GRATIARUM.

I

CONSTANTIO . ABDVAE
COMITI . SALARVM . HONESTISSIMO . AC . SPLENDIDISSIMO
CIVI . PIO . BENEFICO . IN . TENVEIS . ET . INOPES . LIBERALI
QVI . CAROLO . V . CAESARI
CONTRA . SAXONES . BELLVM . GERENTI
EGREGIAM . DEDIT . OPERAM . SVMPTV . SVO
MVLTIS . PRAETEREA . LABORIBVS
REIPVBLICAE . MEDIOLANENSIS . CAVSA
APVD . SVMMOS . PONTIFICES . PERFVNCTVS . EST
VIXIT . ANNOS . XLIX . MENS . IV . DIES . XI
OBIIT . ID . NOVEMBRIS . MDLXXV
BLANCA . BECCARIA . CONIVGI . KARISSIMO
Ex Testamento Fieri Curavit EX T. F. C. ANNO . MDLXXXIX

Extat in gentilitio Sacello S. Joannis Baptistae.

II

LINO . AIROLDO . PA
TRIAE . PROPVGNA
TORI . IMPIA . NECE
SVBLATO . BALTHA
SAR . FILIVS . SIBIQ
Posteris AC . POST . PIEN . P *Pientissimus Posuit*
XI . CAL . IAN . MDXV

Inscriptio inserta dextero parieti introrsum ad latus majoris januae Ecclesiae.

III

GEORGIVS . DE . ALBERTIS . EQVESTRIVM . SIGNIFER
ETATIS . ANNOR . XXVI
HIC . OSSA . LOCAVIT . DIE . QVARTA
ID . APRILIS . MDCXXXI

Legitur in lapide posito ante quintum Sacellum ad latus dexterum Ecclesiae.

IV

MARIA . ALDOBRANDINA
PRINCIPIS . FRANCISCI
FILIA
CLEM . VIII
NEPOS
IO . PAVLO . SFORTIAE . MARCHIONI . CARAVAGII
NVPTA
ORSINAE . TRIVVLTIAE . OLYMP . GONZAG *adde* AE
PRINCIPVM . MATER
MASCVLAE . PROLIS
VIDVA
NON . VIRTVTVM
ſic CVIVS . TYPVM . RETVLIT — *Cujus* pro *Quarum*
VIVENS
HIC . MEMORIAM
EXTINCTA — ſubintellige *habet* ſive *reliquit*
ANNO . DOM . CIƆIƆCLVII

Poſita ad ingreſſum Sacelli S. Pii V., olim S. Dominici.

V

HIERONYMO . ALEXANDRIO
PATRICIO . NEAPOL . FIDE . ET . VITAE
INTEGRITATE . INSIGNI . QVI . DVM
CAES . SVB . ALPHONSO . DVCE . MAX
TRIARIVS . MILITARET . ET . OMNIA
OMNINO . QVAE . POTVIT . PRAE
STITIT . . . .
NICOLAVS . ALEXANDRIVS
FRATRI . OPTIMO . POSVIT

Sub Organo a cornu Evangelii picta ſupra parietem.

VI

ALOYSIO . ARCIMBOLDO
IOHANNE . CAR.[li] MEDIOLANEN
LEGITIME . NATO . IVRIS . CON[to]
EQVITI . ET . SENATORI . SVMMI
INGENII . VIRO . IO . ANGELVS
EPVS . NOVARIEN . BENEMERENTI
PATRI . P . VIXIT . ANNOS
XLIII . OBIIT . ANNO . SAL
MCCCCLXXXXVI

Inſerta parieti Sacelli B. V. Gratiarum in cornu Evangelii.

VII

QVI' GIACE
IL CONTE GIVSEPPE MARIA ARCONATI
SVPPLICA
D'VNA SALVE A QVESTA B. VERGINE
STATA SEMPRE DI LVI PROTETTRICE.
MORI'
IL QVARTO NOVEMBRE 1715.
D'ANNI 75. MESI 1. GIORNI 5.

In Sacello B. V. Gratiarum ad basim column. posit. in medio ejusdem.

VIII

D . O . M
IACOBO . ATELLANO
LVDO . SFORTIAE
MEDIOL . DVCIS . ALVMNO . EQVORVM
STABVLI . MAGISTRO
VIRO . INTEGERRIMO . PATRI . OPTIMO
VINCENTIO . PATRVO
LVDOVICO . MAXIMILIANO . FRANCISCO . II . MED . DVC
PROBATO . OBSEQVIO . ET . CONSILIO . CARISSIMO
SCIPIONI . FRATRI
VARIAM . FRANCISCI . II . FORTVNAM
FIDE . SVMMA . PROBITATE . ET . FORTITVDINE . EXPERTO
AERARIO . ET . MILITVM . TRIBVNO . OPTATISSIMO
CAROLVS . SFORTIANAE . SERVITVTIS . HAVD . MINVS . HAERES
QVAM . SVORVM . MEMOR
TRIBVNVS . AERARIVS . PIENTISSIME . POS
ANNO . SAL . MDXXXIII . DIE . X . FEBRVAR

IX

D . O . M
CAMILLVS . TELA . VIR . CLARVS . SCIPIONIS . F
MEDIOLANI . ET . IN . AFRICA
ET . IN . SVBALPINIS . REGIONIBVS
BELLICARVM . MACHINARVM . DVX . PRAEFECTVSQ
HIC . IACET
OBIIT . DIE . XXVIII . OCTOBR . ANNO . MDLX

Haec, & superior hinc inde affixa parietibus Sacelli S. Vincentii, quod Atellanis, lapso Seculo extinctis, gentilitium erat, & ab ingressu Ecclesiae sextum est in latere dextero.

X

SEPVLCRVM
MAGNIFICI . DOMINI
ROBINI . AVGVSTONI
DVCALIS . AVLICI
EIVSQVE . SVCCESSOR
OBIIT . MCCCCLXXXIIII
DIE . VENERIS . QVINTA
MENSIS . DECEMBRIS

Haud amplius extat haec Inſcriptio.

XI

D . R . M — anne *Deo Redemptori Mundi* ſive *Maximo*?

NON ALIVD NOMEN MELIVS DARET OPTIMA VIRTVS:
SPLENDIDA QVALE TIBI GEMMA ROBINE DEDIT.
PRINCIPIS HAC FVLGET LVDOVICI PECTVS ALVMNI:
HAC GENVS AVGVSTA STAT RADIANTE DOMO.
NEC IACET IN TVMVLO CVM SANCTA CONIVGIS VMBRA:
NOBILE SED MAGNO SYDVS IN ORBE MICAT.
H . M . H . S — *Hoc Monumentum Haeres Sequitur.*

A veteri emota loco, in quo cum ſuperiori extabat, modo viſitur inſerta parieti ad oſtium Sacelli B. V. Gratiarum.

XII

D . O . M
HYPPOLITVS . BALBVS . LONG
IORIS . VITAE . MEMOR . ANN
OS . LXXV . NATVS . DOMVM
HANC . QVIETI . VIVENS . SIBI
SVISQVE . PARAVIT
MDLII

Ferme ad caput amplioris navis Eccleſiae.

XIII

D . FRANCESCHINA . ET . HE
LISABET . SORORES . DE
BEAQVIS . D . FRANCISCO
FRI . D . CATERINAE . BIR
RAGHAE . MATRI . EARQ
POSTERIS . . . .

In porticu Eccleſiae contiguo inſerta externo parieti Sacelli B. V.

XIV

HVIVS SACELLI, ET SEPVLCRI EXTRVCTIONEM
EX GIBERTI BORRHOMAEI SENIORIS
COMITIS
FAMILIA BORRHOMAEA HAERES
PIE PRAESTITIT.

Hic est Gibertus S. Caroli Mediolanensis Archiepiscopi Atavus, qui obiit die 21. Januarii 1508., mandavitque ex Testamento hujus Sacelli sub tit. S. Pauli Apostoli erectionem, quam subinde S. Carolus, ac reliqui Borromaeorum Familiae haeredes executioni mandarunt anno 1575., ut ex Instrumento confecto per Jo. Jacobum Sormanum die 17. Maji.

XV

IOSEPH . ET . PET . PA
VL . FRĒS . DE . BOSSIIS
MAIOR . SIBI . IP . AC — *Majoribus, Sibi Ipsis.*
POST . POSVERE . AN
1597

In Claustro parieti Ecclesiam dividenti inserta.

XVI

SEPVLCRVM SPECT. IVRISPERITI DNI FRANCISCI
DE BVLLIS, ET DESCENDENTIVM MASCVL. QVI
DECESSIT DIE 14. IVLII 1490.

XVII

SEPVLCRVM MVLIERVM SPECTABILIS DOMINI
FRANCISCI DE BVLLIS IVRISPERITI, ET DESCENDENTIVM
SVORVM.

Hae duae Inscriptiones exsculptae in gyro utriusque lapidis extant in Sacello olim S. Catharinae, nunc S. Rosae, quod primum est a parte laeva.

XVIII

IOANNINAE . PIORAE
VXORI . INCOMPARABILI
GASPAR . BVRRVS
LIBERISQVE . SVIS . POSVIT
ET . SIBI
V . F
MCCCCLXXXXIII

Extabat olim in Claustro Ecclesiae contiguo.

XIX

ANTONIVS . BVRRVS
COMES . S . STEPHANI
I . C . COLL . IVD . EQ . COM
MEDIOLANI
AVITVM . SEPVLCRVM
SIBI . ET . SVIS
RESTITVENDVM . CVRAVIT
ANNO . CIƆIƆCCLVI

Ad gradus ſexti Sacelli in dextera parte ab ingreſſu Eccleſiae.

XX

MORTALIVM . CONDITIONEM
PENITIVS . MEMORANS
LVDOVICVS . BVSCA
PETRI . FRANCISCI . EX . ILLVS
TRIBVS . QVAESTORIBVS . REGIIS
FILIVS . SIBI
IVLIAE . ABDVAE
CONIVGI . DILECTISSIMAE
POSTERISQ . SVIS
EDES . HASCE . PARAVIT
MDLXXXIIII

In nigro marmore appoſito ſtylobati ad parietem, a ſecundo tertium Sacellum dividentem, in dextro latere ab ingreſſu Eccleſiae. Subtus autem in lapide Sepulcri legitur:

XXI

ANIMI . CANDOR
VERAE . FOELICITATIS
ARRHA
LVDOVICVS . BVSCA
MDLXXXV

XXII

IO. AN
Locus teſſerae gentilitiae *Joannes Andreas Vivens Fecit*
V. F
IOH . ANDREAS . CAGNOLA . IVRISCONSVLTVS
ORDINIS . SENATORII
DEI . ET . RELIGIONIS . OBSERVANTISSIMVS
HOC . SACELLVM

AD

AD . DIVINVM . CVLTVM . EXPEDIENDVM
ORNAVIT
MORTISQVE . NON . IMMEMOR
HOC . SIBI . ET . HAEREDIBVS . POSVIT
MONVMENTVM

In eodem gentilitio Sacello S. Mariae Magdalenae, quod est tertium ab ingressu Ecclesiae in partae laeva.

XXIII

NICOLAO . CAINARCAE
PATRICIO . MEDIOLANENSI
QVI . IACOBO . MEDICEO . DVCE
IN . PANNONIA . CONTRA . TVRCAS
FORTISSIME . MERVIT
HAEREDES . EX . TESTAMENTO . M . P — *Monumentum Posuere*
ANNO . MDCXVII

Superius ad praedictam sequens legitur:

XXIV

HORTENSIVS . A . CASTRO . S . PETRI
CVM . LVCRETIA . CAINARCHA
ET . AMABILIA . SANNIA
CONIVGIBVS
H . S . E — *Hoc Sepulcrum Elegit.*
NICOLAVS . ET . FEDERICVS . PATRI . OPT
EX . TESTAM . P . V . KAL . MARTII . MDCXX — *Posuerunt*

Extant insertae muro Claustri, qui Ecclesiam dividit.

XXV

F . E . C . M . S — *Frater & Conjux Monumentum Sequantur.*
FELICIS . CONIVGII . INFELIX . FATVM . NE
DIXERIS . NOBILES . N . FRAN . CAPITANEVM
MEDICAE . ARTIS . PERITIA . CLAR . CECI
LIAMQ . CANDIANAM . VXOREM . INTE
GERRIMAM . DVRIS . ERVMNARVM . HVIVS
SECVLI . NEXIBVS . TANTVM . SOLVTOS
SIMVL . IN . COELESTI . BEATITVDINE . PER
PETVO . IVNXIT . VERVM . NON . SINE . AMICOR
LACRYMIS . DIRA . PESTE . IN . TOTAM
PATRIAM . SEVIENTEM . EIS . GRATAM

VTRIVSQ.

VTRIVSQ. CONSVETVDINEM . MORS
IMMATVRA . SVBTRAXIT . VIRGINEI
PARTVS . M . D . XXIV
PHILIPPVS . CANDIANVS . FRATERNAE
CHARITATIS . HAVD . IMMEMOR . POSVIT

In cornu Evangelii praedicti Sacelli S. Mariae Magdalenae.

XXVI

CONDITVR HOC TVMVLO GABRIEL CANOVA SEPVLTVS
DVLCIS HOCQ. SIBI POSTERITAS POSVIT.

Legitur in corona lapidis Sepulcralis inferti muro in finiftro latere januae Capituli, quod eft in Clauftro Ecclefiae contiguo. Obiit Gabriel praedictus die 27. Januarii 1497., uti habetur ex lib. Sacrarii.

XXVII

ZACCHARIAE . ANNO . XXII . VITA . FVNCTO
MOESTISSIMI
LVDOVICVS . PATER . ET . PETRVS . PATRVVS
DE CASTELLIS
NOBILES . BRIXIENSES, ET . BERGOMENSES
AC . CIVES . MEDIOLANENSES
SIBIQVE . AC . SVIS . POSTERIS . HOC
MONVMENTVM . POSVERVNT
OBIIT . ANNO . A . XTO . NATO . MDCLVIIII

In Sacello S. Dominici ad laevam fub teftudine magna.

XXVIII

SEPVLCRVM D. IOANNIS DE CASTILIONO
HAEREDVMQ. SVOR. QVI OBIIT DIE 14. MAII 1484.

Legitur infculpta lapidi Sepulcrali muro infixo ad latus Capituli in Clauftro.

XXIX

B . M — *Bene Merenti*
BRANDAE . CASTILIONEO . FR . F — *Francifci* vel *Friderici Filio*
CVI . SINCERITAS . IN . CORDE
IN . ORE . VERITAS
IN . OPERIBVS . FIDES
SEMPER . EXTITERE
IOHANNES . STEPHANVS . CASTILIONEVS
DVCALIS . SENATOR

CATHA-

CATHARINA . MALASPINA
FRATRI . ET . GENERO
MOESTISS . POSVERE
A . P . R . M (a)
VIRTVTEM HINC GRATAM POTERIS COGNOSCERE BRANDAE
MOEROR IN INSVBRIA PVBLICVS IN VRBE FVIT . (b)

(a) Ex vet. Coenobii legator. libro conſtat Brandam praefatum obiiſſe die 17. Octobris 1495. quum jam Mediolani Ducatum teneret Ludovicus Maria Sfortia; quare emendandum quod legitur in Bibliotheca Scriptorum Mediolanenſium Siglas nempe illas *A. P. R. M.* legendas *Anno Primo Reipublicae Mediolanenſis*, quas melius fortaſſe alii interpretarentur *Amoris Pignus, Recordationis Monumentum*.

(b) Viſitur haec Inſcriptio una cum effigie ejuſdem Brandae ſculpta albo marmori in muro Sacelli B. V. Gratiarum a cornu Epiſtolae. Lege in ultimo verſu: *Moeror in Inſubriae publicus Urbe fuit*.

XXX

SEPVL . D . IACOBI . DE
CAVALLIS . ET . HAEREDVM
SVORVM . QVI . OBIIT
DIE . 24 . FEBRVARII
1485.

Inſerta muro Clauſtri Eccleſiam dividenti.

XXXI

LAVRAE . VXORI . PVDICIS[s]
SIBIQ . ET . POSTERIS . IO . FRAN
CISCVS . CITTADINVS . VIVENS
POSVIT . AN . 1508.

In muro Clauſtri prope vetus Sacellum Confratrum S. Coronae.

XXXII

D . O . M
GENTILITIVM . MONVMENTVM
TENEBRIS . OBSITVM
AC . PROPE . VETVSTATE . CONSVMPTVM
INSTAVRANDVM
ATQVE . ILLVSTRIORI . LOCO . STATVENDVM
BENEDICTVS . CITTADINVS . IO . DONATI . F
ALOYSII . N
A . D . CIϽIϽCLVIII . NONIS . MARTII

Intra cancellos arae B. V. Gratiarum ad latus Evangelii, in cujus Sacello altera fortaſſis olim extabat, quae ſequitur:

XXXIII

EVANGELISTA . ALEXANI . EPISCOPVS
E . CITTADINORVM . FAMILIA . MEDIOLANEN
TRIVVLTIORVM . AVSPICIIS
APVD . PONTIFICES . ET . REGES
DIV . IN . PVBLICIS . VERSATVS
VT . IN . VERIORE . VITA . DEGERET
AD . PROPRIA . SECESSIT
FINISQVE . SVPREMI . SEMPER . MEMOR
HOC . V . P . AN . AGENS . LXXVII
XI . KAL . AVG . MDLVIII
OBIIT . PRID . ID . NOV . MDLIX

XXXIV

GVLIELMO . CHRISTONO
IACOBI . CHRISTONI . FILIO
SCOTORVM . NOBILITATE . ET . PROBITATE
DECORO
REGIAE . IOVIS . ARCIS . PROTHOSERVATORI
FIDISSIMO
MAXIMO . OMNIVM . MOERORE
VITA . FVNCTO
HAEREDES . PATRI . BENEMERITO
D . D . D
OBIIT . V . KAL . FEBRVAR . MDX
VIXIT . ANNOS . LVII

Marmor infertum parieti fub Organo a cornu Evangelii.

XXXV

VITA VNANIMES, ITA SEPVLCRO SOCII
SANCTAE CORONAE FRATRES SIBI POSVERVNT.

Extat in medio Sacelli, quod ad dexterum latus quartum eft ab ingreffu Ecclefiae.

XXXVI

SEPVLCRVM . CONFRATR
SOCIETATIS . SMI . ROSARII
NONAS . MAII . ANNO
1684.
AB . IPSIS . ELECTVM

Extat ad cancellos Sacelli B. V. Gratiarum in tranfitu ad Clauftrum.

XXXVII

M Monumentum
SOCIETATIS
SS. ROSARII

Pro communi Societate SS. Rofarii Sepulcrum praecedenti paralellum.

XXXVIII

PIOR . VIROR
SOC . SANCT
ROSARII

XXXIX

DEVOT . MVLIER
SOC . SANCT
ROSARII

Sepulcra paralella in medio amplioris navis Ecclefiae.

XL

HIC IACET D. CATHELLANVS COTTA I. V. DOCTOR,
FILIVS, MATER ILLIVS, AC GENER, QVI OBIIT 21.
SEPTEMB. 1480.

E regione Sacelli S. Jo. Baptiftae, quod eft feptimum in latere dextero ab ingreffu Ecclefiae, extat Sepulcrum, in cujus lapidis gyro leguntur praefata verba. Ex conceffione tamen Fratrum Coenobii anno 1542. celeberrimus eodem nomine Filius, qui obiit anno 1553. aliud fibi Sepulcrum elegit (priore tamen adhuc in proprio exiftente loco) intra Sacellum fecundum in latere finiftro ab ingreffu Ecclefiae, in cujus lapide fculpta leguntur:

XLI

FATORVM . MEMOR
CATELLIANVS . COTTA . IVRISCONS
HOC . SIBI . SEPVLCRVM . PARAVIT
MDXXXXII

XLII

IOAN . BERNARDINO . AVO . ET . BLASINO
PATRVO . MAG . FRAN . SFORTIAE . II . DVCIS
SAGITTARIOR . DVCTORI . ET . THOMAE
CRIBELLO . ET . ANNAE . VICECOMITI
PARENTIBVS . OPT . BERNARDVS . HANNIBAL
ET . CAESAR . FILII . F . C *Fieri Curaverunt*
ANNO CIↃIↃXXX

In Clauftro ad dexterum latus januae Capituli.

XLIII

D . O . M
FRANCESCHINAE . CRVCIAE
ERGA . LVCINVM . TRINCHERIVM
CONIVGEM . EIVSQ . LIBEROS
INCOMPARABILIS . AMORIS . ET . PIETATIS
PAVLVS . CRVCIVS . B . M *Bene Merenti*
M . H . F . I *Monumentum Hoc Fieri Jussit*
OBIIT . DIE . II . FEBRVAR . MDXXXVIII
ANNO . POST . CONIVGEM . XXII

Inſerta muro Clauſtri ad dexterum latus januae Capituli.

XLIV

IOH . FRANCISCVS . CVRTIVS
EQVES . IVRISCONSVLTVS
REGIVSQVE . SENATOR . EQVISSIMVS
HIC . CVM . AGNETE . BOTTA
CONIVGE . PVDICISSIMA
CVBANT
MDII . XXVII . APRIL
MDXV . XXVIIII . IANVARII

Ad gradus Sacelli S. Jo. Baptiſtae, quod eſt VII. ab introitu Templi in latere dextero.

XLV

DVAE . SVMVS
INNVPTE
AMBE . VTR
AMQ . PAR
FATV̄ . ET . EA
DEM . DIES
PEREMIT
1497.

Inſerta muro Clauſtri ad dexterum latus januae Capituli, quae fortaſſis olim tegebat Sepulcrum duarum Domicellarum Illuſtriſſimae Ducis Annae Beatricis Eſtenſis, ut ex vet. Catal.

XLVI

SEPVLCRVM
DOMINI . ANTONII
DE . LA . ECCLESIA
DIE . XV . APRILIS . MCCCCLXXXII

Inſerta parieti Clauſtri Sacellum B. V. dividenti.

XLVII

XLVII

FRATRVM
PRAEDICATORVM
REQVIES

Ad cancellos arae B. V. M. Gratiarum.

XLVIII

FLAVIO . GVAALAGMINO . A . CAS
QVI . SVB . CAROLO . QVINTO
PEDESTRIV̄ . COPIARVM . DVX . IN
ITALIA . ET . GERMANIA . STRENVE
MILITAVIT . AETATIS . SVAE . ANN
LI . DEO . SPIRITVM . REDDIDIT
LVCRETIA . DE . GRASSIS . BONON
MOESTISSIMA . VXOR . POSVIT
DIE XX9 . MARTII
MDLXII

Prope minorem januam in finiftro latere ingreffus Ecclefiae.

XLIX

P. H. C * DIEGO RAMIREZ DE GVSMAN RAMIRI NVGNEZ
DE GVSMAN FILIO GENERE AB HISPANIAE RE
GIBVS, INGENIO QVIDEM DIVINO, ATQVE IPSIS MOR
TALIBVS GRATISS. QVI DVM IN LAVDENSI EXPVGNA
TIONE DVRISS. CAE. COHORTIS DVCTOR INTER PRIMOS SIN
GVLARI VIRTVTE VOLITARET, AD MVROS ICTV TORMENTI
FEMVR TRANSFIXVS MORTEM SVAE INCLITAE FAMILIAE
DEBITAM, NEC NON INGENTIS ANIMI SVI ARDORI
PAREM OCCVBVIT. PROPINQVI, AMICIQVE FORTIS[S]
IVVENI, COMVNI DVLCISSQ. AMICO MERITIS[S]
POSVERE MDXXVIII. TERTIO KAL. IVLII. VIXIT
ANNOS XXXV (a) P. H. C *

(* *) P. H. C. Sic legi poffe videntur *Ponendum Hic Curarunt*.
(a) Extabat olim in Ecclefia fub teftudine magna. Nunc autem innectitur parieti Clauftri ante Sacrarium pofiti. In gyro lapidis variae tefferae gentilitiae, fed in ejufdem lapidis medio naturalis anaglyptica Didaci imago, gladio, enfe, galea, ac thorace inftructa. Ex vet. Catal. Sepulc. habemus eundem ex familia D. Dominici fuiffe progenitum.

L

GERMANI . ET . NICOLAI
RELIQVV̄ . QVI . GERMANI

GENE-

Mediolani

GENEROSIQVE . HAIROTI . EX
LONDROANGLIAE . SVB . ME
DIO . FORTVNAE . CVRSV . DVM
MLI . NEGOCIATIONIBVS . FO
ELICITER . INVIGILANT . PRIOR
QVIDEM . 1483 . PRIDIE
KL . SEXTILES . 2 . VERO . 1494
10 . KL . SEPT . VALE . HVMANIS
FACIVNT

In medio minoris navis Ecclesiae ante Sacellum S. Jo. Baptistae, quod est VII. in latere dextero ab ingressu ejusd. Ecclesiae.

LI

SEPVLCRVM . D . IOHANNIS . DE . ISACHIS
ET . HAEREDVM . EIVS . 1489 . 21 . AVGVSTI

Legitur in gyro lapidis Sepulcralis inserti muro Claustri Ecclesiam dividenti.

LII

ANTONIAE . DE . ISOLANIS . MATRI . INCOMPARABILI
TRES . FILIAE QVAS . HILARIO . DE . VILLANIS
ET . NOBILIT . ET . LITTERARVM . STVDIO
VIRO . EGREGIO . GENVIT
ATQVE . AGATHA . DE . PEREGO . MATER
SIBIQVE . AC . POSTERIS
M . P
VIXIT . INNVPTA . COELEBS . CONIVX . VIRO . VIDVA . DEO
OBIIT . MDXVIII . VIII . KALEND . APRILIS

Extabat olim in Claustro Ecclesiae contiguo.

LIII

OLDRADVS . LAMPVGNANVS . SIBI
FRANCISCAEQ . PORRAE . VX . LIBERIS
ALIISQ . CONSANGVINITATIS
PROPINQVIS
F . C
ANNO . MDLXXXVI

In majoris navis medio versus secundam Ecclesiae columnam.

LIV

PE *Locus tesserae gentilitiae* LA
MCCCCLXXXXVIII . XVIIII . SEP
PETRO . LANDRIANO . DVCALI . SENAT
HONORATISS . ATQ . CONSERVATORI
VNA . ET . IACOBO . VNIGENITO . HELISABET
DE . GALLARATE . VX . ET . MR . SIBIQ

In Sacello ad finiftrum latus introitus Ecclefiae fecundo. Aliam hujus gentis, erga Ordinem noftrum munificae, habes num. CLXXI. fepulcralem Infcriptionem extantem in Ecclefia S. Mariae Oppidi Landriani, quae juris eft noftri hujufce Coenobii Mediolan. S. M. Gratiarum.

LV

QVI . NVLLI . MORTALIVM . VIRTVTE
CEDEBAT . HIC . IACET . STRENVVS
MILES . DN̄S . LVCAS . LEGROYNC . EX . ILLV
STRI . GROGNORVM . FAMILIA . QVAE . AB
HISPANIS . FLVXIT . ORIVNDVS . QVI
DVM . SVB . LVDOICO . GALORVM . REGE
MILITARET . HAC . IN . VRBE . IN . FLORE
IVVENTVTIS . SPIRITVM . DEO . REDI
DIT . MARCVS . LEGROYNC . ILLIVS
FRATER . PIENTISSIMVS . VICECOMES
DE . LA . MOTE . AVGROYNC
HOC . ILLI . DICAVIT . ANNO . . . .

In Sacello B. V. Gratiarum e regione Altaris.

LVI

BERNARDO . DE . LESIA
QVI . OĪBVS . EQVE . CHA
RVS . AC . IOCVNDVS . FVIT
TRES . FILII . SVPERST . PATRI
B . M . POS . OBIIT . QVINQ
AGENARIVS . ANNO . RECV
PERATIONIS . MCCCCCIIII
DIE XIIII . SEPTEMB

In Clauftro Ecclefiae contiguo parieti infert.

LVII

DEO . OPT . MAX
NOBILI . MICHAELI . GALLICO
LEVEVILE . DOMINO . REGIO
CONSILIARIO . BELLORVM
CONTERELATORI . ARTELERIEQ
PRAESIDI . CLAVDIA . CON
MATVRINVS . FILIVS . PIENTISS
QVATVOR . ANNVO . IN
ANNO . AVR¿ . X . REDDI
DIVI . VIRGINI . OBLATO
MARITI . ET . PATRIS
BENEMERITIS . VOTVM
PERSOLVEN . POSVERE . ANNO
SALVTIS . 1504 . 8 . KLL . AVGVSTI

In Sacello B. V. Gratiarum. In Paroecia S. Pauli Parisiis natus Michael Levevile, obiit Mediolani die & anno ab Inscriptione signatis.

LVIII

HIC . IACET . NOBILIS . MILES
DNVS . MATTHAEVS . LINDSAY . DNS
DAXON . ET . ARCIS . IOVIS . CASTRI
MLNI . CAPITANEVS . NEC . NON
CONSILIARIVS . CAMERARIVSQ
XTIANISSIMI . REGIS . QVI . OBIIT
XXVIII . IVNII . MDXXI

Insertus muro lapis sub Organo a cornu Epistolae arae majoris.

Alteram, haud equidem sepulcralem, Inscriptionem hic addendam arbitror, hominis quidem Galli, & Parisiensis, qui primus a Francisco I. Galliarum Rege datus fuit Mediolani Praetor. Legitur haec sub pictura quadam, quam idem Praetor coloribus exprimi curavit supra parietem testudinis magnae a cornu Epistolae. In ea praeter effigiem B. V., S. Petri Martyris, aliorumq. Coelitum, quos ipse devota pietate colebat, visitur quoque ejusdem Praetoris imago, qui ad Deiparam precem dirigit leoninis versibus ita expressam:

MATER DIGNA DEI, VENIAE VIA, LVXQVE DIEI
SIS TVTELA REI, DVXQVE, COMESQVE MEI.

Sub antedicta pictura sequens habetur Inscriptio:

LIX

HOC SACRVM MONVMENTVM
NICOLAVS DE LACHESNAVE PARISIENSIS
CIVITATIS ET DVCATVS MEDIOLANI PRAETOR
FRANCISCO CHRISTIANISSIMO INCLITISSIMOQ

FRAN-

FRANCORVM . . . VIRTVSQ. (*a*) BALIAE REGE ITALIAE MODERANTE
INTEMERATAE DEI GENITRICI MARIAE, ET BEATIS
NICOLAO PRAESVLI, ATQ. HIERONYMO, ET DOMINICO PIA
MEMTE (*b*) DEDICAVIT ANNO DNICAE PIETATIS MILESIMO QVINGENTESIMO
DECIMO SEPTIMO, ET PRAETVRAE SECVNDO

(*a*) Legend. fortaſſe *Utriuſq. Galliae Rege Italium &c*
(*b*) Legend. *Mente*

LX

SEPVLCR . D . AMBROSII . DE . LITTIS . AC . SVCCESSOR
EIVS . QVI . OBIIT . DIE . 18 . MENSIS . MARTII . ANN . SAL
MDXXV

Inſerta muro Clauſtri Eccleſiam dividenti .

LXI

IMMORTALITATI
LVCAE . LOSSETI . E . VOGONIA
IN . CAVSIS . PERBELLE . TRACTANDIS . CORAM
CAROLO . QVINTO
PHILIPPOQVE . REGVM . MAX
PERVIGILIS . ATQ . ACCVRATISSIMI
VIRI
F . FOELIX . PLACIVS . A . COLVRNO
SACRAE . THEOL . MAGISTER
AC . PAVLVS . HIERONYMVS . LOSSETVS . A . F
NEPOS
AMBO . AD . ES . DEBITVM . EXIGENDVM
PRO . EXEQENDIS . REBVS . MIRAM
PIETATEM
ET . RELIGIONEM . PRAESEFERENTIBVS
QVAS
IDEM . EX . TESTAMENTO
RELIQVIT . DELEGATI . EREXERE
OFFICII . ERGO
MDLXXXV
SIMPLICIA REDDIDIT CREATORI
ELEMENTIS COMPOSITA
VTRORVMQVE ACTA
REDEMPTORI, AC MORTALIBVS

Ad dexterum latus introitus Eccleſiae in muro primum Sacellum a ſecundo dividente, lapis poſitus ſupra ſtylobatem, aliiſq. architecturae ornamentis decorus. Obiit Lucas Loſſetus Matriti condito prius Teſtamento per Guaſconem Galvez Not. Regium confecto 25. Octobr. 1574., in quo cadaver ſuum ſepeliri mandavit ante imaginem B. V. in Eccleſia FF. Praedicatorum S. Mariae de Attochia hac adjecta Inſcriptione:

HIC

HIC IACET
LVCAS LOSSETVS ITALVS EX LOCO VOGONIAE
QVI TOTO TEMPORE VITAE SVAE NVNQVAM QVIEVIT
VELIS LECTOR PRO ANIMA SVA DEO PRECES FVNDERE

LXII

CY GIST, ET EST ANTERRE
ANTHOINE DE LOVVAIN LE IVYNE
SEIGNEVR DE DRAVEGNI'
LE QVEL MORVT LE CINQVIESME IOVR D'AVOST
MIL. CCCCCV

Deperdita haec Infcriptio eft, quemadmodum & fequens.

LXIII

1512 . MATTHAEO . LVLMO . THEOL . DOCT
OMNIBVS . IN . ORDINE . PRAEDICAT
CITRA . SVPREMVM . MAGISTRATIBVS . FVNCTO
LAODICENSI . EPISCOPO
POSITVM . VLT . FEBR

Ad fupplices preces Ludovici Mariae Sfortiae Ducis VII. Matthaeus ab Alexandro VI. creatus Epifcopus, datufque Cardinali Hyppolito Eftenfi Archiepifcopo Mediolanenfi Suffraganeus. Comum ei patria fuit, ibidemque Conventus S. Joannis Alumnus. Obiit die 6. Februarii anno praefato.

LXIV

HOC IN LOCO REQVIESCIT CORPVS D. MARGARITAE
OLIM CONSORTIS MAGNIFICI D. RAIMVNDI DE
LVPIS MARCHIONIS SORAGNAE DIOCESIS PARMEN
SIS, ET DE DVCALI SECRETO CONSILIO EXISTENTIS
QVAE REDDIDIT SPIRITVM ALTISSIMO D
DEO NOSTRO DIE XVIIII. MENSIS MARTII
MCCCCLXXXI
HANC SIBI DOMINICI MATREM ORDO FVISSE FATETVR:
PVPILLI, ET VIDVAE, NOSQVE FATEMVR IDEM.

Extat in medio Capituli, in quo paullo poft ab Uxoris morte conditum fuit etiam cadaver praefati Magnifici Raymundi.

LXV

AMBROSIO . MAGNO
TVM . OB . GENTIS . PRAESTANTIAM
CLARISSIMO
TVM . MEDICARVM . ARTIVM

EXPE-

EXPERIMENTO . AC . DOCTRINA
PERCELEBRI
EMORTVO . III . ID . AVGVSTI . MDXXIV
POS . MON

Extabat olim ad gradus arae majoris.

LXVI

IOHANNI . MARLIANO . AVO
CIVI . MEDIOL . ET . PHILOSOPHO
NOBILISSIMO . ET . PAVLO . PATRI . VSV . RERVM
PRVDENTIA . PRINCIPIBVS
CIVITATIS . ACCEPTISSIMO
ET . HIERONYMO . ET . PETRO
ANTONIO . PATRVIS . OMNI
LITTERARVM . ELEGANTIA
PERPOLITIS
PETRVS . ANTONIVS . MARLIANVS
IVRISCON . ET . SENATOR . MEDIOLAN
MAIORIBVS . SVIS . B . M . POSVIT
MDLXII

LXVII

PETRO . ANTONIO . MARLIANO . PATRI
PAVLI . SENATORIS . FILIO
ORATORI . I . C . EDILI . ITERVM
SENATORI . PLACENTIAE . PRAETORI
PRAESIDI . QVAESTORVM . ORDINARIORVM
ET . A . CONSILIIS . PHILIPPI . II . HISP . REG
HIERONYMO . TRIB . MIL . FORTISSIMO
IOH . FRANCISCO . THEODOSIO
ET . IOHANNI . PATRVIS
PRVDENTIBVS . ET . OPTIMIS . VIRIS
ET . HIERONYMO . FILIO . SVAVISSIMO
PAVLVS . CAMILLVS . BVSTII . COMES
B . M . P
ANNO . MDXCIV

In Sacello gentilitio, quod eſt III. in latere dextero poſt introitum Eccleſiae.

LXVIII

CAECILIAE . MAZENTAE
PRIMVM
THOMAE . RVSCHAE . SENATORIS

DEINDE

DEINDE . ETIAM
IOH . ANGELI . RICCII
FRANCISCI . SFORTIAE . II . CAROLI . QVINTI
PHILIPPI . HISPANIARVM . REGIS
AD . RETHOS . ET . HELVETICOS
AD . SVMMOS . PONTIFICES
LEGATI . VXORI
QVAE . DIVAE . MARIAE . VIRGINI
CHRISTI . MATRI . DICATAM
ARAM . ORNAVIT . EIQVE . DOTEM . ADDIDIT
LVDOVICVS . MAZENTA
PRAESES . MAGISTRATVS . EXTRAORDINARII
SORORI . CARISSIMAE
GVIDO . ET . IOHANNES . MAZENTA
ALEXANDRI . FRATRIS . NOMINE
AMITAE . OPTIMAE
F . C
ANNO . MDLXXXV

Inferta parieti, dividenti primum Sacellum ab altero fequenti, ad laevum latus Ecclefiam ingredientium.

LXIX

HIC IACET D. IACOBVS DE MEREGARIIS CIVIS, ET MERCATOR
QVI OBIIT DIE X. OCTOBRIS 1485. ET CONCORS SVA.

In gyro lapidis inferti muro Clauftri dividenti Sacellum B. V. M.

LXX

IVLIO . CAMILLO . VIRO . AD
OMNIA . OMNIVM . SCIENTI
ARVM . SENSA . MIRIFICE
ERVENDA . ET . AD . SCIEN
TIAS . IPSAS . IN . SVVM
ORDINEM . APTE . CONSTI
TVENDAS . NATVRA . MIRE
FACTO . QVI . APVD
DOMINICVM . SAVLIVM
ID . MAII
MDXLIV
REPENTINO . MORTVVS
CONCIDIT
DO . SAVLIVS . AMICO
DESIDERATISSIMO
POSVIT

Julius ifte Camillus, vir fcientia clarus, MINIVS cognomine dicebatur. Praefata autem Sepul-

pulcralis ejusdem Inscriptio nullibi modo in Ecclesia visitur, & fortasse extabat in Sacello ejusdem Dominici Saulii, de quo infra num. XCVIII. Extat modo in Claustro Mortuorum.

LXXI

FRANCISCVS . MISSIS
SEPVLCRVM . HOC
SIBI . ET . ISABELLAE
SORORI . CARISS
ET . HAEREDI . SINGVLARI
VIVENS . DELEGIT
ANNO . MDCX

In secundo Sacello ad dexterum latus ab ingressu Ecclesiae.

LXXII

D . O . M
IO . AMBROSIO . MONETAE
MARITO . AC . PRĪ . OPT
PAVLO . IVRECON . FILIO . ET
FRĪ . CARISS . VIRIS . INTE
GERR . HELENA . MOLTENA
VXOR . ET . MR . PETRVSQ
MONETA . FIL . AC . FR
SIBIQ . MOEREN . P
MDXIIII

Prope secundam columnam in capite sinistrae minoris navis Ecclesiae, a qua haud procul fortassis extabat olim sequens:

LXXIII

D . O . M
LVDOVICO . MONETAE
PATRICIO . MEDIOLANENSI
SACERDOTI . LARGITATE . IN . PAVPERES
ECCLESIASTICAE . DISCIPLINAE . STVDIO
IN . REBVS . AGENDIS . PRVDENTIA
AC . MORVM . INTEGRITATE . INSIGNI
OB . EAMQ . CAVSAM
B . CAROLO . CARDINALI . ARCHIEPISCOPO
ET . SVCCESSORIBVS . CARISSIMO
QVI . ANNO . ETATIS . SVAE . LXXVIII
SALVTIS . VERO . HVMANAE . MDIIC . XI . KAL . APRILIS
MORTEM . CVM . ETERNA . VITA . COMMVTAVIT
QVOD . MORTALE . ERAT . AD . PATRES
HIC . NON . LONGE . APPOSITO

ALE-

ALEXANDER . MONETA . CANONICVS . ORDINARIVS
PROTHONOTARIVS . APOSTOLICVS
ET . ADVOCATVS . CONSISTORIALIS
IOH . ALOYSIVS . EX . COLLEGIO . I . C . MEDIOLANI
PATRVO . BENEMERITO
MOERENTES . POSVERVNT . MDCVII

LXXIV

LANDO FILIO CHAR^{mo}
DE MONMORANSY : IONAS
S.^{r} DE LE FVI
PATER MOERENS POSVIT
OBIIT 30. AVG^{ti}
MDLXIII

Retro Organum in cornu Epiſtolae depicta in pariete, cum duplici teſſera Crucis gentilitia.

LXXV

INEVITABILIS . FATI . MEMORES
OLGIATI
HIC . TVMVLVM . ELEGERE . MDLIIII

Ad introitum laevae minoris januae, cujus fortaſſis Familiae, ſeu Cognationis viſebatur olim Sepulcrum aliud, ſequentem habens Inſcriptionem:

LXXVI

MONIMENTVM
OLGIATORVM
FAMILIAE

A latere januae praedictae dextero, columnae priori affixa cernitur Joh. Mariae Olgiati Sepulcralis urna marmorea, mathematicis ac militaribus ornata Symbolis, ac ſequenti ſignata Inſcriptione:

LXXVII

D . O . M
IO . MARIAE . OLGIATO . QVI . REI . MILITA
PERITIA . PRAESTANS . FRAN.^{i} SFORTIAE . INS
BRVM . PRINCIPI . IN . VRB . MVNIENDIS
TVM . INVICTIS^{o} . CAROLO . V . ROM . IMP
BELLICIS . PRAESIDENDO . TORMENTIS
ORDINIBVSQ . DVCENDIS . HONORIFICENTIS^{a}
PRAESTITA . OPERA . DVM . AD . POTENTISS
HISP . REGEM . PHILIP . AB . EODEM

ACER-

ACERSITVS . PGIT . MORITVR . ANNO
DOMI . MDLVIII . DIE . XIIII . OCT . AET
ANN . LXIII . SMERALDA . FILIA . ET
IO . ANTONIVS . OLGIATVS . GENER
MOESTISS . BENE . MERITO . POSVERVT

LXXVIII

IOHANNES . ET . AMBROSIVS . CLA
RI . FRANCISCI . PANZERII . NOBI
LIS . PROLES . SIBI . SVISQVE . HOC
DEDICARE . SACELLVM
1487 . 14 . KAL . NOVEMBRIS

Inferta muro Clauftri Ecclefiam dividenti.

LXXIX

SPECTABILIS . PATRICII . MEDIOLANENSIS
IOH . AMBROSII . PECTII . SEPVLCHRVM
IN . QVO . VIVENS . DE . ANNO . MDXVIII . DIE . II . FEBRVAR
ASCENDENTIVM . SVORVM . OSSA . VNDIQ . COLLECTA
LEODRISII . SCILICET . PATRIS
AVI . IOH . AMBROSII
ET . PROAVI . LEODRISII
SVAQVE . AC . DESCENDENTIVM . CONDI
AD . IGNEVM . VSQVE . IVDICIVM . ORDINAVIT

Lapis infertus parieti Clauftrum ab Ecclefia dividenti, quemadmodum & fequens:

LXXX

ALOYSIO . PECTIO . IOH . AMBROSII . FILIO
EXIMIAE . PIETATIS . ET . RELIGIONIS . VIRO
ET . IVLIAE . RAVDENSI . PIAE . PVDICAE ;
FRVGI . PVLCHRITVD . INCOMPARAB . FOEMINAE
XVIII . FIL . MATRI
LEODRISIVS . HIERONYMVS . IVR . CONS
EDIL . LEGATVS . III
FISCI . ADVOCATVS . QVAESTOR . VRBANVS
BENEDICTVS . I . C . PRAET . EDIL . LEGATVS
PETRVS . FRANCISCVS . IOH . AMBROSIVS . PHILOSOPHVS
ET MEDICVS
P . O . M
P . AN . A . NATAL . IESV . CHRISTI . SERVAT
MDLXIIII . XVI . KAL . MARTII

Sequens habetur in Ecclefia non longe a pariete, a quinto Sacello quartum dividente.

LXXXI

AMANTISSIMVS . MEVS . CONIVX
IOH . FRANCISCVS PECTIVS
GALEATII . FILIVS
IVXTA . QVEM . MARGARITA . NAZARIA
VXOR . MOESTISSIMA . VIVENS
CADAVER . SVVM . TVMVLARI . IVSSI

LXXXII

IACOBO . PESTAGALLO . CIVI
AC . MERCATORI . MLEN . QVI
OBIIT . DIE XVI . SEPT . MDIII
IO . ANTONIVS . ET . IO . BAPTIS
TA . FILII . MOESTISS . POSVERE

Inferta eft parieti Clauftri Sacellum B. V. M. dividenti.

LXXXIII

ANTONIO . PICCO . VTRIVSQVE
IVRIS . DOCTORI . EXIMIO
BERNARDINVS . FRATER
PIENTISSIMVS . SIBIQVE . AC
POSTERIS . POSVIT . VIVENS
MDXIII . V . KLN . MAIAS

Prope priorem columnam Ecclefiae in finiftro latere, ab ara maxima initium fumendo.

LXXXIV

MDL *Locus tefferae gentilitiae* XXXV
HIERONYMVS . PICVS
FILIVS . IO . THOMAE . FILII . IO . FRANCISCI
MIRANDVLAE . DNVS . AC . CONCORDIAE
COMES
MORTIS . SVAE . AC . RESVRRECTIONIS
MEMOR
AD . ID . TEMPORIS . QVOD . INTER . VTRAMQ
ILLARVM . INTERCEDIT
VIVENS
PATERNO . SVOQ . POSVIT . CADAVERI

In Sacello S. Petri Martyris, quod eft II. in dextero latere poft Sacellum B. V. M. Gratiarum.

LXXXV

LXXXV

HIC IACET NOBILIS VIR DNVS BALTASSAR DE PIROVANO CIVIS MEDIOLANENSIS, QVI OBIIT DIE VLTIMO OCTOBRIS 1484.

Legitur in gyro lapidis inferti muro poft fupradictam Jacobi Peftagalli.

LXXXVI

LANCELOTVS IACET HIC CLARA DE STIRPE PLATELLA
TORNACI INSIGNES QVEM GENVERE LARES.
AVLEA FRANCORVM CVRABAT SPLENDIDA REGIS:
PRIMVS ET IN THALAMIS PRAEFVIT ILLE SVIS.
5. AVGVSTI 1502. FRVATVR COELO.

Inferta parieti Clauftri Ecclefiam dividenti.

LXXXVII

SEPVL. D. EVANGELISTAE, ET FRATRVM DE PREDIS,
ET HAEREDVM EIVS DIE 8. IANVARII 1491.

Legitur in gyro marmoris inferti parieti Sacellum B. V. M. dividenti.

LXXXVIII

LEONARDO . ADOLESCENTI
GENITORIS . SERAPHINI . QVA
DRII . DE . PONTE . VALLIS . TELLINAE
TIRANI . PRAETORIS . PIETATE
POSITVM . 1494

Infertus muro Clauftri Ecclefiam dividenti.

LXXXIX

EN HOMINVM Q. SORS FRAGILIS! QVARTERIVS ABDOR
FRANCISCVS DVCTOR MILITIS HOC TVMVLO.
6. KL. IVLII 1501.

Lapis contegens Sepulcrum intra Sacellum ejufdem Clauftri, in quo humatum creditur Francifci Quarterii cadaver ab Urbe delatum Verona, in qua praefata die deceffit condito priùs Teftamento 10. Cal. Julii 1501. Quum autem nobilis Quarteriae gentis haeres extiterit Comes Balbianus de Belgiojofo, qui ad S. Urfulam domicilium habet, in jus ejufdem Sepulcri, ex conceffione Fratrum Conventus, ipfe fucceffit anno 1661.

XC

PAVLO . MARIAE . RAYNOLDO . COMITI . PALATINO
BARBARAE . CARCANAE . FOEMINAE . LECTISSIMAE
PARENTIBVS . OPTIMIS
ALPHONSO I . C . COLLEGIATO . URBIS . PRAEFECTVRA
ET . ALIIS . DIGNITATIBVS . INSIGNITO . AC
AD . GREGORIVM . XIV . PONT . MAX
LEGATO . ET
CAESARI . FRATRIBVS . OPTIME . MERITIS
VIRIS . OMNI . VIRTVTE . PRVDENTIA
AC . MORVM . PROBITATE . PRAEDITIS
HORTENSIAE . VICOMERCATAE . DEFVNCTAE
CONIVGI . DVLCISSIMAE
IOH . IACOBVS . DECVRIO . SIBI
DOROTHEAE . ALCIATAE . VXORI . FIDISSIMAE
LIBERIS . POSTERISQVE . V . M . P
ANNO . MDCXVI

XCI

ANTONIO . RAYNOLDO
IOH . BAPTISTAE . SENATVS . PRAESIDIS . FILIO
DECVRIONATVS . CAETERISQ . POTIORIBVS . PATRIAE . MVNERIBVS
PEREGREGIE . PERFVNCTO
MARGARITAE . PONZONAE . LECTISSIMAE . FEMINAE
CONIVGIBVS . PIENTISSIMIS . PARENTIBVS
FRANCISCO . FRATRI . DILECTISSIMO . OPTIME . MERITO
IPSORVM . POSTERIS
IOH . BAPTISTA . EX . IVRISCONSVLTORVM . MEDIOL . COLLEGIO
DECVRIO . DEMVM . LVCENSIS . EPISCOPVS
VIVENS . PONERE . DECREVIT
ANNO . SALVTIS . MDCLIX
ABBATES . D . IOSEPH . CISTERCIENSIS . ORDINIS
ET . PHILIPPVS . CANONIC . ORDINAR . METROPOL . RAYNOLDI
ANTISTITIS . FRATRIS
EXPRESSAE . VOLVNTATI . OBSEQVENTES
PERFICI . CVRARVNT

Ambae in Sacello S. Pauli olim gentilitio Raynoldorum, in cujus medio extat Sepulcrum cum seq.

XCII

RAYNOLDAE . GENTIS
EXVVIAE

XCIII

IOHANNI . IACOBO . RAYNOLDO
QVAESTORI . ORDINARIO
PRAEFECTO . REI . FRVMENTARIAE
ET . HELENAE . GHILIAE
PARENTIBVS . OPTIMIS
PAVLO . MARIAE . ET . IACOBO . PHILIPPO
FRATRIBVS . CARISSIMIS
ALEXANDRO . FILIO . DVLCISSIMO
SIBI . ANTONIAE . CVSANAE . VXORI
LIBERIS . POSTERISQVE . SVIS
V . F
IOHANNES . BAPTISTA
SENATVS . PRAESES
ANNO MDLXX

Inſcriptio, elegantis Architecturae ornamentis marmoreis decora, ſita eſt in medio pariete, dividente Sacellum tertium a quarto ab introitu dexteri lateris Eccleſiae. Infra ſtylobatem lapis Sepulcri cum gentilitiis teſſeris, ac literis Majoribus: J. B. R. hoc eſt: *Joannes Baptiſta Raynoldus*.

XCIV

SICVT . VITA . ITA . COE — *Commune*
SEPVLCR . FAMILIA . DE
RODOLFIS . ET . DE . RAVDE
DE . VICOMERCATO
SIBI . AC . POSTERIS
POSVERVNT
MDLXXVII

Inſerta muro Clauſtri poſt januam Capituli.

XCV

CVM . MORS . DANIELI . RIZONO
HELENAEQ . CRIBELLAE
CONIVGIBVS
OBSCVRAM . MANVM
INIECISSET . MDIX
FELIX . STEPH^{S} . VIXIT . HORVM
NEPOS . AC . FILIVS . CAROLVS
LETHI . MEMOR . VOLENS
SENIBVS . AC IVVENIBVS
MISCERI . RENOVAT
MDCIII

Nullibi modo adeſt in Eccleſia.

XCVI

LEONARDVS . ROMA . STEPHANI . FILIVS
PATRICIVS . VICENTINVS . A . FABRICIO
SERBELLONE . DVCE . INSTRVENDO . VNIVERS
ITALORVM . AGMINI . PRAEFECTVS . CVM . IN
AGRO . AVENIONIS . CVM . VGONOTIS
STRENVE . DIMICASSET . MEDIOLANVM
PROFECTVS . OBIIT . XVII . CAL . NOVEMB
ANNO . MDLXV

Inserta muro ad dexterum latus januae Capituli in Claustro saepedicto .

XCVII

IOANNES . TOMAS . CLARA . ET . ILLVSTRI . FAMILIA
SANSEVERINA . RENGNI *sic* . NEAPOLITANI . VIR . RE . MILITARI
COMENDATVS . AC . STRENVVS . CAESAREM . CAROLVM
V . IN . EXPEDITIONE . CONTRA . FRANCISCVM . REGEM . IN .
PROVINTIAM . SEQVVTVS . HIC . FEBRI . CORREPTVS . AB
HVMANIS . DECESSIT . ANNOS . TRIGINTA . SVPRA . QVINQVE
NATVS . BREVIQVE . HAC . VRNA . TEGITVR . I . IANVARII ;
ANNO . DÑI . MDXXXVII

Picta visitur in Sacello sub testudine magna à cornu Evangelii . Praeter hanc hujus Viri patricii Neapolitani sepulcralem Inscriptionem , alia habetur in fine num. CLXXI. alterius nobilissimi ejusdem Regni Viri , quae extat in Ecclesia S. Mariae Oppidi Landriani .

XCVIII

DEO . OPT . MAX

DO . SAVLIVS . GENVEN . FRAN . II . MEDIO
LANEN . DVCI . SAPIENTISSIMO . OB . PERPE
TVVM . ET . SINGVLARE . IN . SE . STVDIVM
CARISSIMVS . QVVM . AMICI . PRINCIPIS
VT . APVD . SE . ESSET . ROGATV . IN . HANC
VRBEM . COMMIGRASSET . MONIMENTVM
HOC . SIBI . DILECTAE . VXORI . POSTERISQ
VIVENS . PO

Hæc olim extabat in gentilitio Sacello Dominici Saulii , de quo supra num. LXX , Patris B. Alexandri Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli , & Ticinensis Episcopi , quod Sacellum quintum est in latere dextro ab ingressu Ecclesiae. Extat modo lapis in Claustro Mortuorum .

XCIX

LEONARDO . SERATICO . PARENTI . OPT
PAPIAE . HINC . TRICII . ARCIS . PRAEFECTO
QVI . VIXIT . ANN . LXXV . NICO
LAVS . FIL . PIENTISS SIBI . ET . POSTERIS
POSVIT . AN . SALVT . MCCCC
LXXXVII . VII . KAL . MAII
VITAE . CANDOR . MORTIS
SECVRITAS

Clauſtri muro inſerta in latere dextero januae Capituli.

C

D . I . O fortaſſe *Deo Immortali Optimo*
BEATVS . IACOBVS . SEXTIVS
MEDIOLANENSIS
QVINTVS . DOMINICANAE . FAMILIAE
IN . HOC . COENOBIO . RECTOR
MIRACVLORVM . GLORIA . CLARVS
CVIVS . INCLITA . VITAE . SERIES
IN . ALTERA . SVI . ORDINIS . PARTE
OMNIBVS . PROPONITVR . ADMIRANDA
SVB . PROXIMO . ALTARI . CONDITVS
IMMVTATIONIS . DIEM . EXPECTAT

Extat in Sacello B. V. M. Gratiarum in hemipila dextera ad aediculam marmoream, ſub qua cadaver B. Jacobi lapidea incluſum Urna ſervatur. In fronte arae ſuperne legitur:

HIC . IACET . CORPVS . B . IACOBI
DE . MEDIOLANO . ORD^{is} . PRAED^{um}

In calce autem ſignatur pius Operis Benefactor:

EX . DEVOTIONE . P . FR . PAVLI . MARIAE
RICCI . DE . GAREXIO
ORETIS . PRO . EO . MDCXVIII

CI

INFELIX PARTVS AMISI ANTE VITAM, QVAM
IN LVCEM EDERER: INFELICIOR, QVOD MATRI
MORIENS VITAM ADEMI, ET PARENTEM
CONSORTE SVA ORBAVI; IN TAM ADVERSO FATO
HOC SOLVM MIHI IVCVNDVM ESSE, QVOD

DIVI

DIVI PARENTES ME LVDOVICVS ET BEATRIX
MEDIOLANENSES DVCES GENVERE 1497. TERTIO
NONAS IANVARII

Plura Sfortiadum cadavera in Choro hujusce nostrae Ecclesiae condita sunt; & signanter Annae Beatricis Estensis Uxoris Ludovici Mariae Mediolanen. Ducis VII., atque hujus Filiorum Leonis, Blancae, & Caesaris, ac etiam Galeatii Sfortiae Domini Pisaurensium; sed nulli eorum facta Inscriptio, qua donatus hic abortivus foetus unde Beatrix vita cessit. Haec autem Inscriptio extat super una ex januis, per quas a Claustro, Ecclesiae contiguo, ad alterum itur Coenobii perystilium.

CII

PATRI . IOH . ANTONIO . SICCO . EQVITI . AVRATO
QVI . SVB . FRANCISCO . I . PRO . REGE . GALLORVM
AVXILIARES . COPIAS . CONTRA . DVCEM . BVRGVNDIAE . DVXIT
SVB . GALEAZ . ARMORVM . DVCTOR . COMES . VICOMERCATI
FACTVS . CVM . LEGATVS . PENES . REGES . NEAPOLETANOS
COMES . BORRELLAE . FIERET
SVB . LVDOVICO . MEDIOLANI . DVCE . SENATOR
PLACENTIAE . PAPIAE . GVBERNATOR
MAXIMILIANI . ET . FRANCISCI . II . FILIORVM . EDVCATOR . FVIT
AC . MATRI . FIORBELLINAE . CAIMAE
ANTONIVS . MARIA . EQVES . ET . COMES . VT . SVPRA
MCCCCLXXXXVIII . P

Ad gradus Praesbiterii in cornu Evangelii arae majoris.

CIII

D . O . M
IOHANNES . SIMONETTA . SFORTIANAE . HISTORIAE
CONDITOR . DIVI . FRANCISCI . FILII . ET . NEPOTIS
SVBINDE . SECRETARIVS . INNOCENTIAE . ET . PROBITATIS
CVLTOR . ET . IN . VTRAQVE . FORTVNA . MODESTISSIMVS
HIC . CVBAT
HOC . SEPVLCR . HAER . SEQVATVR

Hoc Joannis Simonettae, Cicchi Viri clarissimi germani fratris, Sepulcrum extat in Sacello IV. sinistri lateris ab ingressu Ecclesiae.

CIV

D . O . M
IO . IACOBVS . SORMANVS
CAVSIDICVS . COLLEGIATVS
SINDICVS . AC . PROCVRATOR
GENERALIS

TOTIVS

TOTIVS . DVCATVS . MEDIOLANEN
ET . QVI
IN . HOC . SACRO . MONASTERIO
DIVAE . MARIAE . GRATIARVM
CAVSAS . DIXIT . SVPRA . ANNOS . XL
SIBI . ET
HYPOLITAE . ROVELASCHAE
VXORI . SVAE . VIVAE
HIERONYMO . FRANCISCO . ET
IO . PETRO . FILIIS . SVIS
EX . BLANCA . MEDA
PRIMA . VXORE . SVA . NATIS
POSTERISQ . SVIS
ANNVM . SVAE . AETATIS
SEXAGESIMVM . AGENS
ANNO . SALVTIS . NOSTRAE
MDXCVIII
VIVVS . P

Hujus Infcriptionis lapis proprio innititur ftylobati ad murum, tertium Sacellum a fecundo dividentem, in latere ingreffus Ecclefiae finiftro. Infra ftylobatem haec altera legitur in lapide Sepulcri:

CV

MEMOR . RESOLVTIONIS . HVMANAE
IO . IACOBVS . SORMANVS
CAVSIDICVS . COLLEGIATVS . MEDIOL
SEPVLCHRVM . HOC . SIBI
POSTERISQ SVIS
VIVVS . EXTRVXIT
ANNO . SALVTIS . NOSTRAE
MDXCVIII

CVI

CHI GYS IEHAIN DE SVZANNE CHEVALIER SEIGNEVR
DE CERNYFVGVY MARCHETTE, ET LE LCHELLE CAPITANNE
DV CHASTHAV DE MILLAN, CONSELIER ET CAMBRELAN
DV ROY NOTRE SIRE, LE QVEL ESTOIT FILZ DE MESSIR IE-
HAN DE SVZÃÑE, ET DE MADAME YSABEAV DE MOIN-
VALLE, ET DEMVRA SEVL FILZ DE SVSSD; ET AVOIT VÑ
SEVR, CHI SE NOMMOIT MICHELLE, LE QVEL FVST MA-
RIEZ A IOSROY DAPREMONT SEIGNEVR DE SORSY; ET LE
DESSVSD. IEHAN DE SVZZANNE AEVEPOSE MADAME
BLANCHE DE BREBANCHON FILLE AYNE DE MESSIR
CHRISTOPHLE DE BREBANCHON SEIGNEVR DE CANVY, ET
DE VARENNEZ, ET ESTOIT LE DIT SIRE CHRISTOPHLE FILZ

DE

DE MONSIEVR LE SENESCHAL DE HAYNAVLT, ET DE MADAME IEHANNE DAME DE CANVY, ET LA DESSVSD. BLANCHE ESTOIT FILLE DE MADAME IEHANNE DE SERBRVSE FILLE DE MESSIEVR ROBERT DE SERBRVSE SEIGNEVR DE COIVSY, ET DE MADAME IEHANE DE VOSY CONTESSE DV DIT VOSY, ET DE BREYNE, ET EST DEMORE DV DIT SEIGNEVR; ET DE LA DIT FEMME CINQ. ENFANZ. TROIS FILE, ET II. FILLE; ET LA DIT DAME BLANCHE DE MOVRE ENSAINTE; ET TREPASSA LE DIT SEIGNEVR LE IX. IOVR DE IVNG L' AN MLLE V. CES., ET CINQ. IHS. MARIA.

Inferta parieti laevi lateris januae, quae ab Ecclefia ad Clauftrum ducit.

CVII

SVB HAC ARA
SEPVLCHRVM
NOBILISS. GENTIS A TVRRE
ET HAEREDVM

Extat ad gradum arae B. V. Gratiarum, in cujus Sacello a cornu Epiftolae vifitur Urna albi marmoris binis elata columnis, vario Architecturae, ac Sculpturae ornatu decora, in qua offa Revmi Domini Iacobi Antonii Turriani Epifcopi Cremonenfis, & fub qua fequentes leguntur Infcriptiones:

CVIII

DEO . IMMORTALI
HOC . MONVMENTVM
IOH . FRANCISCVS . DE . LA . TVRRE
COMES . PALLATINVS . AC . DVCALIS . QVAESTOR
REVERENDISSIMO . IN . CHRISTO . PATRI
IACOBO . ANTONIO . DE . LA . TVRRE . EPISCOPO . CREMONENSI
DVCALI . SENATORI
PATRI . AC . BENEFACTORI . SVO . OPTIMO
LEZADRAE . VXORI . SVAE . CARISSIMAE
SIBI . LIBERISQVE . SVIS . AC . POSTERIS . POS
ANNO . SALVTIS . MCCCCLXXXIII

CIX

MONVMENTVM
VETVSTATE . DILAPSVM
FRANCISCVS . MARIA . A . PORTA
MARCHIO . HIERONYMVS . ET . IOSEPH . FRES . PVTEOBONELLI
PATRICII . MEDIOLANENSES
ET . REGII . FEVDATARII
NOBILISSIMAE . GENTIS . A . TVRRE

EX . MATRE . HAEREDES
IN . GENTILITIO . B . V . SACELLO
INSTAVRABANT
ANNO . MDCCXXV

Joſeph Puteobonellus, cujus haec meminit Inſcriptio, ipſe eſt Eminentiſſimus Cardinalis, & Sanctae noſtrae Mediolanenſis Eccleſiae ab anno 1743. Archiepiſcopus vigilantiſſimus.

CX

ANIMIS . DESIDERA
TISS . DAMIANO . ET
MATTHEAE . GE
NIT . PIENTISS . ASC
ALEON . ET . SANCTI
NAE . VX . DVLCISS
FR . LELIVS . VALLES
OPTIMO . PIETATIS
ET . AMORIS . FOEDE
RE . SVORVM . MEMO
RIAE . STVDIOSI
B . M . P

Lapis inſertus parieti Sacelli B. Virginis Gratiarum in cornu Epiſtolae.

CXI

LAZARVS HIC IACET MVSAR
DOCTVS IN ARTE,
VASORVM TVLERAT, QVEM
GENEROSA DOMVS
ME RAPVIT TENERIS LACHESIS
DEA SAEVA SVB ANNIS
AT TVMVLVM FRATRIS
DAT PIA CVRA MICHI.
3. NONAS OCTOBRIS 1493.

Inſerta muro Clauſtri ad Sacellum B. V. M.

CXII

D . O . M
REAL . SANGRE . VALOR . CLARO . EN . LA . GVERRA
RELIGION . SANTA . Y . FE . SINCERA . Y . PVRA
CON . DON . FELIPE . DE . VEAMONTE . ENCIERRA
LA . SORDA . MVERTE . EN . ESTA . TOMBA . OSCVRA
MAS . NO . DE . SV . SVDOR . GOZA . LA . TIERRA

SINO . EL . ESPIRITV . EN . LA . CELESTE . ALTVRA
YA . CA . LA . FAMA . QVE . PERPETVO . EL . NOMBRE
Y . ELLO . OR . GVARDARA' . DE . VN . TAN . DIGNO . HOMBRE
OBIIT , AN . SAL . HVMANI . GEN . MDL
VI . CAL . NOVE . AETATIS . SVAE . XL
IN . PACE . REQVIESCAT

Posita supra januam, quae ab Ecclesia ad Sacrarium ducit.

CXIII

IOHI . VEVDACAR . CANTABRIAE
NOBILI . CAES . Q . TORMENTOR — subintellige *Caroli Quinti*
IN . ITALIA . QVAESTORI
ANDREAS . FR . ET . SVCCESSOR
POSVIT . ANO . M . D . XLII
QVINTADECIMA . KL . XBRIS
QVI . PARITER . OBDORMIVIT
SEPTIMO . IDVS . MARTII
ANNI . M . D . LI . ET . HIC
CVBANT

In Sacello B. V. Gratiarum inserta parieti in cornu Evangelii.

CXIV

D . O . M
DON . FRANCES . VIA
MONTE . A . NAVARIAE
REGIBVS . ORIGINE
IN . K . Q . CAES . AVG — *Karoli Quinti*
REGIA . EDVCATVS
MVLTIS . IN . GALIAE
CISALP . VRBIBVS . BE
NE . PRAEFVIT . DVC
TORQ . GRAVIORIS
EQTATVS . AC . HISPA
NIAR . CHOORTIVM
MAGR . DVM . HEROI
CAM . VIRTVTEM
GESTIS . EXTENDIT
ANNO . AETATIS . SVAE
XXXIII . A . MORTE
SVBTRAHITVR
DIE . XXII . AVG . MDLIII

Muro inserta sub Organo ad cornu Epistolae arae majoris.

CXV

HIC . IACET
M . D . IOH . AVGVSTINVS . DE . VICOMERCATO
I . V . DOCTOR . ET . MILES . AC
DVCALIS . CONSILIARIVS
QVI . OBIIT . SECVNDA . NOVEMBRIS
MCCCCLXXVIII
ET . VRSVLA . VICECOMES . EIVS . VXOR
QVAE . OBIIT . VI . NOVEMBRIS . MCCCCLXXX

Extabat olim in priore Sacello ſub S. Patris Dominici titulo erecto, hodie S. Pauli, Borromeorum gentilitio; quod quum primitus Benefactori, ac veluti Coenobii noſtri Fundatori fuerit conceſſum, Comiti nimirum Gaſpari de Vicomercato, credimus propterea & Joh. Auguſtinum praedictum ex ſtirpe progenitum Comitis Gaſparis de Vicomercato, cujus ſpecialis habetur ſequens Inſcriptio albo grandiorique ſculpta lapide, praecipuis ejuſdem, aliarumque nobilium Familiarum ſanguine junctarum ornato gentilitiis teſſeris.

CXVI

MCCCCLVII . 29 . SEPT
CŌ . *Locus teſſerae Gentilitiae* GĀ . Hoc eſt: *Comes Gaſpar*
SERVAVI PATRIAM GASPAR, GENVAMQVE SVBEGI
SFORTIADAE. HIC CORPVS, MENS SVPER ASTRA MANET.

Extabat olim ante gradus arae maximae ſub teſtudine magna; tegebatque etiam Uxoris ejus D. Lanterminae Siccae cadaver. Modo viſitur in muro Clauſtri, quod eſt ante Sacrarium, e regione lapidis D. Ramiri de Guſman, de quo ſupra num. L.

CXVII

RAINALDO
VICOMERCATO
BAP . FIL . B . M
ANDREAS . FR
PIEN . P . OB . X
K . SEP . 1494

Haec habetur in Clauſtro ſaepius dicto inſerta parieti Eccleſiam dividenti.

CXVIII

HIERONº . VICECOMⁱ . EX . CONDˢ	*Condominis*
BREMˢ . GROPELLI . CASSⁱ . ETC	*Bremmi Gropelli Caſſani*
VIRO . TVM . IN . BELLO . BARBAº	*Brabantico*
ET . DALMAº . TVM . IN . PACE	*Dalmatico*
INSIG . LVDᶜᵃ . LOMENA . EIVS . VX	*Inſigni Ludovica*
CARª . POS . ANNO . 1618	

Sub teſtitudine magna ad gradus Praesbiterii in cornu Epiſtolae.

CXIX

OT * VI *Ottoni Vicecomiti*
OTTONI . ANGVIGERO
LIBERISQ . POSITVM
7 . KLL . IVNIAS . 1495 (a)

* Locus tesserae gentilitiae Vicecomitum.
(a) Insertus parieti, qui Sacellum B. V. Gratiarum exterius dividit a Claustro.

Quoniam ad hanc, quam ultimo signavimus, Inscriptionem, ac saepissime mentionem fecimus Sacelli B. Virginis Mariae sub titulo Gratiarum, praestat pro coronide binas addere Inscriptiones, quae specialem ab omnibus, jugemque cultum, ac commissum universae Urbis nostrae Mediolanensis devotionem Imagini ejusdem Deiparae in praedicto Sacello servatae, manifeste indicant. Prima aureo charactere, nigroque lapide insculpta supra utramque locatur columnam ad ostium Sacelli, eaque haec est:

CXX

D . O . M
CIVITAS . MEDIOLANENSIS . PESTE
IN . EAM . IMMANITER
GRASSANTE . MDCXXX
ET . XXX . EXPERTA
SOSPITALE . OLEVM
LAMPADIS . DEIPARAE
GRATIAR . EIDEM
ARGENTEA . LAMPADE
QVAE . CORAM . SACRA
ILLIVS . EFFIGIE
SEMPER . ARDEAT
GRATI . ANIMI . SVI
SIGNIFICATIONEM
LAETABVNDA
PERSOLVIT . ANNO
RECONCILIATIONIS
MDCXXXII

Altera Anonymi extat sub arcu sinistro minoris ostii ad ingressum testitudinis magnae, quaeque ita legitur:

CXXI

D . O . M
HEV . MORTALES
ADVERSVS . TENEBRAS . ET . SCOPVLOS
QVIBVS . SVPPOSITA . EST
NOSTRA . PEREGRINATIO
STATIO . TVTA . VALIDVM . PRAESIDIVM
RELIGIO . ERGA . SS^{am} . DEIPARAM

EIVSQVE

EIVSQVE . SACRATISS^{mi} . ROSARII
CVLTVS . ET . VENERATIO
QVI . VIVENS . GRATI . FIDIQVE
PATROCINII
BENEFICIA . EXPERTVS . EST
VERITATEM . HANC . SCVLPTAM . IN . MARMORE
RELINQVERE . VOLVIT

INSCRIPTIONES,

quae extant in Templo S. Mariae ad Rosam nuncupato, aliisque in Ecclesiis ad praefatum Ducale Sanctae Mariae Gratiarum Coenobium spectantibus.

CXXII

COMITISSAE . D . BLANCAE . LVCIAE
PORRAE . LVCINAE . ARCONATAE
IMMORTALIA . S^{tae} . VITAE . EXEMPLA
VNIVERSA . CIVITAS
QVOD . MORTALE . FVIT
SERVAT . HIC . LAPIS
MARCHIO . D . IVLIVS . ANTONIVS . LVCINVS
ET . CO . D . IOSEPH . ANT^{us} . ARCONATVS . VICECOMES
FILII . MOESTISSIMI
AMORIS . ET . DOLORIS . MONVMENTVM
P . P
ANNO . MDCCXXXIX

In medio Ecclesiae ad gradus Praesbiterii.

CXXIII

MEMORIAE . ET . QVIETI . ETERNAE
CO . IOS . ANT . ARCONATI . VICECOMITIS
AVGG . CVBICVL . ET . CONSIL . I . A
FINIVM . REGVNDORVM . PRAEFECTI
VIRI . MENTIS . ANIMIQ . AMPLITVDINE
CLARISSIMI
QVEM . CAROLI . VI . FRANCISCI . I
M . THERESIAE . AVGGG . FAVOR . ET . GRATIA
SVMMIS . MVNERIBVS . HONESTARVNT

INSVBRIA . CONSILII . ELOQVIIQ . LAVDE
FLORENTEM
GRAVISSIMIS . DE . REBVS . LEGAVIT
AD . LVDOVICVM . XV . GALL . REG
PARENTI . OPTIMO
COM . GALEATIVS . MEDIOL . QVAEST
MOESTISSIMVS . POSVIT
VIXIT . FAMILIAE . PATRIAEQ . ORNAMENTO
ANNOS . LXV . OB . AN . MDCCLXIII

In medio Ecclefiae ante gradus Praesbiterii.

CXXIV

SICVT . ABRAHAM . IN . HEBRON
SARRAE . VXORI
ITA
PETRVS . ANTONIVS . ASTVLFVS
IN . AEDE . ROSAE
SIBI . SVISQVE
V . F
ANNO . 1590

Ad gradus Sacelli SS. Crucifixi.

CXXV

DEIPARAE . VIRGINI . MARIAE
DIVOQ . RAYMVNDO
IO . PETRVS . BARVELLVS . SVO
SVMPTV . SACELLVM . HOC . DICAVIT
ORNAVIT . ET . SEPVLCRVM
ANTEPOSITVM . EXTRVXIT . ANNVA
LIBRARVM . TRECENTVM
CONSTITVTA . DOTE . PRO . MISSA
AD . HOC . ALTARE . QVOTIDIE
CELEBRANDA . PVBLICIS
APPARENTIBVS . DOCVMENTIS
ANNIBALIS . TAEGII . NOTARII
DIE . XXIIII . IVLII . MDC
ET . XIII . APRILIS
MDCI

Infcriptio affixa parieti intus Sacellum.

IO . PETRVS . BARVELVS
SIBI . VXORI . FILIIS

AC

AC . SVCCESSORIBVS . SVIS
MONVMENTVM . P
ANNO . MDXCIII

Sepulcrum ante Sacellum S. Raymundi.

CXXVI

MARIAE . ANNAE . LVDOVICAE
CASTILIONEAE
VXORI . OPTIME . MERITAE
SIBI . ET . SVIS
CAROLVS . BASSVS
XI . KAL . IVL . MDCCXXIX

Ad gradus Sacelli S. Vincentii Ferrerii.

CXXVII

D . O . M
IVLIA . LOMBARDA . BESTA . HVNC . LOCVM
SEPVLCRI . VIVENS . SIBI . ELEGIT
OBIIT
fortaſſe *in Domino* . . . . NO . XXVI . MENSIS . APRILIS
ANNO . MDCXXIIII

Extra ſepta majoris arae ad laevam.

CXXVIII

Ad gradus Sacelli S. Pii V. Sepulcrum DD. de Brambillis, olim Palettis, abſque Inſcriptione.

CXXIX

D . O . M
BARTHOLOMAEVS . BVRSA
SIBI . SVISQVE
P
ANNO . SAL . MDCXV
CAPITANEVS . BENEDICTVS . PRONEPOS
RESTAVRAVIT
ANNO . MDCCXLIX

In Praesbiterio ad ſiniſtram. Hoc Sepulcrum erat olim Bernardi Fumagalli.

CXXX

IOVANNES . BAPTISTA . DE . LVPIS . ET
CORNELIA . DE . CARDANIS . HOC . SIBI
ELEGERVNT . SEPVLCRVM . SVISQ
PARENTIBVS . ET . HAEREDIBVS
M . D . X . C . V . I

Prope Organum, nunc de Aquaneis.

CXXXI

DISCAT. QVI NESCIT QVOD
HIERONYMVS CARPANVS HIC
REQVIESCIT CVM VXORE
SVA DILECTISSIMA
ROGETVR PRO EIS
HAEREDIBVSQ. SVIS
MDXCV

Extra fepta arae majoris ad laevam.

CXXXII

FRANCISCVS . ET . CAROLVS . FRATRES
CASTELLIONAEI
IO . BAPTISTAE . ATQ . HELISABETH
PARENTIBVS . B . M . OPTIMIS,
ET . PIENTISSIMIS
M . P
MDCVI

Ante Sacellum S. Georgii.

CXXXIII

IO . STEPHANVS . DE
CLERICIS
Caufidicus CAVSIDVS . COLLEGIATVS
MEDIOLANI
SIBI . SVISQ . POSTERIS
V . P
ANNO . MDCIII

Ante Sacellum SS. Crucifixi.

CXXXIV

CXXXIV

Ante Sacellum Sanctiſſimi Roſarii paulo remotius.

CXXXV

Ante januam Eccleſiae ad Occidentem.

CXXXVI

Ante januam Eccleſiae praedictam.

CXXXVII

PRO FAMILIA
DE CROTTIS
MDCCXVIII

Ante gradus majoris arae ad laevam.

CXXXVIII

BERNARDVS FVMAGALLVS
VBI EXVVIAS DEPONERET
SIBI AC
VXORI CARISSIMAE IAM DEFVNCTAE
POSTERISQ. SVIS
ELEGIT ANNO MDCXXI

Intra cancellos Praesbiterii ad laevam.

CXXXIX

CAESAR MILIVS
MEMOR MORTEM
AMARA VITA MELIOREM ESSE
IN HAC AEDE QVAM SEMPER COLVIT
SEPVLCRVM IN QVO MORTVVS
CONQVIESCAT
POS. SIBI ET SVIS
ANNO MDXCI

Ante Sacellum D. Petri Martyris.

CXL

CLARAE . PASQVALI . CONIVGI
CARISSIMAE . IMMATVRA . MORTE
SVBLATAE . SIBIQ . AC . POSTERIS
BENEDICTVS . FAGNANVS
MONVMENTVM . HOC . VIVENS
ELEGIT
OBIIT . ANNO . MDCXXI

Ante gradus majoris arae in medio.

CXLI

IOANNIS . BAPTISTAE
PALVDI
EIVSQVE . HAEREDVM
ET . SVCCESSORVM
CINERES
ANNO . SALVTIS
MCC . . X . . .

Ad gradus Sacelli S. Rofae.

CXLII

SEPVLCRVM
CORNELII PAPIS

Ferme in medio Ecclefiae ante Sacellum S. Georgii.

CXLIII

SEPVLCRVM
MARCHIONVM DE PEVERELLIS

In Sacello S. Petri Martyris, ubi Sepulcrum olim Sacchi poftmodum de Cafatis.

CXLIV

D . O . M
HIERONYMVS . RAYNOLDVS . . . . .
HOC . ANTE . ARAM . MAIOREM . SEPVLCRVM
V . P
SIBI . ET . POSTERIS . SVIS
EROGATO . SCHOLARIBVS . SANCT . ROSARII
CONGRVO . AERE

IN . SACRI . OFFICII . POST . ILLIVS
OBITVM
ANNVAM . CELEBRATIONEM
ANNO . DNI . MDCXIV

Ante gradus majoris arae ad dexteram.

CXLV

IO . ANT . SCALAE
ET . HAEREDVM
POSITVM . FVIT . AN . 1590
RESTAVRATVM
1714

Extat haec Inſcriptio ad gradus Sacelli SS. Roſarii, & in gyro Lapidis legitur HIC FORTVNARVM.

CXLVI

IOANNES . PHILIPPVS . SPINVLA
DVX . SANCTI . PETRI . &c
EX . MAGNATIBVS . HISPANIARVM
IN . EXERCITV . REGIS . CATHOLICI
ANNO . AETATIS . VIGESIMO
CASTRORVM . PRAEFECTVS . CREATVS
INTEGERRIMVS . PIENTISSIMVS
H . S . E — *Hoc Sepulcrum Elegit*
V . ID . FEBR . ANNO . MDCCLIII
VIXIT . ANNOS . LXXVII

Ad pilam inter Sacellum SS. Roſarii & S. Vincentii Ferrerii.

CXLVII

Ad gradus Sacelli Sanctiſſimi Nominis Jeſu, Lapis Sepulcri Scholae SS. Nominis Jeſu abſque Inſcriptione.

CXLVIII

SCHOLARES ROSARII HVIVS ROSAE
DEIPARAE
PRAESTITERVNT OBSEQVIA
VIVENDO
ET IN HOC PROPRIO TVMVLO
CONSIGNARVNT OSSA
MORIENDO

Ante Sacellum SS. Roſarii.

CXLIX

Ad gradus Sacelli S. Georgii Sepulcrum Universitatis Artificum Armorum absque Inscriptione.

CL

D . O . M
MORTALIBVS . COGNOSCI . NON
VVLT . SED . DEO . TANTVM
QVI . SACELLVM . HOC
QVOD . VIDES . LECTOR . D . IACOBO
DICAVIT . ET . QVIDQVID . PLASTICO
OPERE . PICTVRA . AVRO . AVT
MARMORE . EXORNATVM
EST . D . S . POSVIT *De Suo*
CERTA . PECVNIA . TRADITA . HAC
LEGE . VT . PATRES . HVIVS
TEMPLI . REM . SACRAM
QVOTIDIE . FACIANT
ANNO . CHRISTI . CIƆIƆCVIII

In dextero pariete Sacelli S. Jacobi prope Sacrarium.

Hisce relatis Inscriptionibus sequentes addere lubet, quae priorem hujusce Templi erectionem, ejusdemque iteratam promunt restaurationem.

CLI

B . MARIAE . VIRG . CHRISTI . MATRIS
ROSAE . COGNOMINE . TEMPLVM . HOC
SIBI . IAM . ANNOS . XVIIII . CREDITVM . PECVNIA
DE . PIORVM . HOMINVM . LIBERALITATE . A . SE
MVLTO . SVDORE . LABORE . VIGILIIS . QVE . CONFECTA
FR . IACOBVS . CARRARIVS . MEDIOL . DOMINICANVS
ORNARE . CONATVS . EST
ADEO . VT . AD . EAM . FORMAM , QVAM . OMNES
CERNVNT . MARTINI . BASSII . NON . OBSCVRI . NOMINIS
ARCHITECTI . PRAESCRIPTVM . SERVANS
MAGNVM . OPVS . OMNINO . ET . ARDVVM
DEI . AVXILIO . FRETVS
PERDVXERIT
IDEM . CARRARIVS . NVLLA . ALIA
GRATIA . NISI . VT . POSTERITATI . EXEMPLO
ESSET . EAM . QVE . AD . SANCTAM . RELIGIONEM
VEHEMENTIVS . COLENDAM . EXCITARET
HIC . MONIMENTVM . SEPVLCRI
S . V . F *Sibi Vivens Fecit*
ANNO ∞ DLXXXXIII

In Sacrario.

CLII

CLII

TEMPLVM HOC
ZELO FF. PRAED. DVCALIS CONVENT. S.^{ae} MARIAE GRATIAE
A FVNDAMENTIS EXCITATVM ANNO MCCCCLXXXIV (a)
POSTMODVM RELIGIOSISS.^{mi} PATRIS
EIVSDEM FAMILIAE FRIS IACOBI CARRARII
LABORIBVS SVMMIS, ET EXIMIIS PIORVM IMPENSIS
OPERE PLASTICO AVRO INSIGNIBVSQ. PICTVRIS
ANNO MDLXXXXIII. EXORNATVM
DEMVM TEMPORVM INIVRIIS EX PARTE LABEFACTATVM
ILLVSTR. DEPVTATOR. MVNIFICENTISSIMA CVRA
IN HANC NITIDIORIS VENVSTATIS FORMAM
ANNO DNI MDCCXVII
RESTAVRABATVR

Interius ſupra januam Eccleſiae ad Orientem.

(a) Priorem lapidem hujuſce Templi poſuit anno 1480. die 29. Junii Prior praefati Ducalis Coenobii S. Mariae Gratiarum B. Sebaſtianus Maddius Brixienſis, cujus corpus incorruptum ſervatur, & colitur Genuae in Eccleſia noſtri Ordinis S. Mariae de Caſtello nuncupata.

CLIII

MYSTICAM HANC ROSAM
EX AVREA, ET VERSICOLORE
IN ALBAM MVTATAM NE MIREMINI CIVES
VIRGO DEIPARA QVAE VIRTVTVM FVLGORE TOTA PVLCR^{a}
SVI TAMEN IMMACVLATO CORDIS CANDORE
PRIMO PLACVIT ALTISSIMO
MODO HAC LICET EXTERNA
SIBI QVOQ. COMPLACET SIMPLICISSIMA VENVSTATE
DISCITE INTROEVNTES GRATIAS IMPLORATVRI
PRECES ET MORES ANIMI PVRITATE COMPONERE
FELICIVS IMPETRAT
QVI PROPIVS VIRGINIS
IMITATVR EXEMPLVM

Interius ſupra januam Eccleſiae ad Occidentem.

APPEN-

APPENDIX

Inſcriptionum, quae in aliis extant Eccleſiis ejuſdem Ordinis ad praedictum Mediolanenſe Coenobium S. Mariae Gratiarum ſpectantibus.

In Eccleſia Aſceterii Monialium hujus Urbis S. Mariae Veterum nuncupati.

CLIV

PRVDENTIAE . HORABONAE . MATRI
CHERVBINA . HVIVS . COENOBII . VESTALIS
POSVIT
MDXXXIII . VIRGINEI . PVERPERII . ANNO

Ita in gyro lapidis; in ejuſdem autem medio leguntur verſus ſeqq.

OSSA IACENT FELIX SCANDIT PRVDENTIA CAELOS
SANCTORVM MANIBVS CONTVMVLATA PIIS
QVAM PVDOR ET PIETAS RECTVM PATIENTIA SUMMI
ANTE THRONVM MERITO CONSTITVERE IOVIS

In Choro, ſive in interiori Eccleſia ejuſdem Aſceterii, in qua extat & ſeq.

CLV

MATERNVS . LVDOVICAE . DVGNANAE . AFFECTVS
MARGARITAE . CVSANAE . FILIAE . XVI . IVLII . CAL
HIERONYMOQ . VICOMERCATO . CONIVGIBVS . XIIQ . IVLII . CAL
AC . FILIPPO . NEPOTI . PESTILI . CLADE . PREVENTIS
SIBI . AC . NATAE . OPTIMAE . DEO
INICIATAE . HOC . MORTIS . OPERTORIVM . V . P

CLVI

GVLIELMI . BERTI . MVSICES . STVDIOSI
HAEREDVMQVE . SVORVM
DOMICILIVM . SECVNDVM . DONEC
TERTIVM
MDCI

In Eccleſia exteriori ante aram SS. Franciſci, & Defendentis.

CLVII

CLVII

COENOBII HVIVS DOMINARVM VETERVM
PRIORISSA ET SORORES SVB REGVLARIBVS
INSTITVTIS ORD. FF. PRAED. DEGENTES
AD HONOREM PVRIFICATIONIS GLORIOSISS. VIRG. MATR
AEDEM HANC PRIORI DIRVTA RADICITVS EREXERE
PIENTISSIMO MEDIOLANI DVCE LVDOVICO
MARIA SFORTIA ANGLO REGNANTE ANNO 1498

In ſupradicta interiori Monialium Eccleſia.

CLVIII

VENERABILE SORORVM CONSORTIVM, QVIBVS
DOMINARVM VETERVM EST COGNOMEN SVB
REGIMINE, ET OBSERVANTIIS PRAEDICATORVM
DEGENTES IN CVLTVM PVRIFICATIONIS BEATAE
GENITRICIS, ET VIRGINIS, AEDEM HANC PRIORI
FVNDITVS DESTRVCTA EREXERE PIISSIMO
MEDIOLANI DVCE LVDOVICO MARIA SFORTIA
ANGLO ANNO SALVTIS. MCCCCLXXXXVIII

Supra januam praedictae Secularium exterioris Eccleſiae.

CLIX

D . O . M

TOTVM HOC CLAVSTRALE EDIFICIVM AB IMIS VSQVE
FVNDAMENTIS, DELETIS QVAE ANTEA ERANT NONNVLLIS
ANTIQVIS EDIFICIORVM VESTIGIIS, AD HANC QVAE NVNC
CERNITVR FORMAM EDIFICATVM FVIT ANNO DOMINI
MDCV. ABSOLVTVM DIE XIII. IVLII

Supra januam, quae ab interiori Eccleſia ad Clauſtrum ducit.

CLX

MCCCXXIII. XIX. SEPTEMBRIS
SEPVLTA EST HIC DOMINA MARIA DE ROBACARRIS
MONIALIS HVIVS MONASTERII, QVAE EXPENDIT
PRO ANIMA MATRIS SVAE, ET SVA, ET SORORVM
PRO REPARATIONE, PICTVRA, ET ORNATV HVIVS
ECCLESIAE CIRCA MILLE LIBRAS

In Eccleſia nunc S. Mariae, vulgo *rubeae* appellatae, uno ab Urbe lapide diſtanti olim de Fontechio ſive Fonticulo, Monialium Ordinis S. Benedicti; cujus Monaſterium ſupradictis Monialibus Ord. Praed. S. Mariae Veterum jam univerat Bonifacius VIII. anno 1302., & in quo Sanctimoniales commoratae ſunt uſque ad annum 1376. in quo Gregorius XI. eaſdem omnes, ſecurioris cuſtodiae cauſſa, in praedictum urbanum S. Mariae Veterum tranſtulit. *In*

In Ecclesia sub titulo Annunciationis B. V. Monasterii Virginum *dicti, sive ut vulgo vocatur* della Vecchiabia.

CLXI

OBIIT ANNO MDX. DIE XIII. AVGVSTI
D. P. A. C
NE NOS INVIDIOSA CONSVMERET VETVSTAS
PETRVS CAESAR, QVOD FRATRES AC NEPOTES NOSTRI
CITTADINI OPTIME HOC SACRO CONSVLVERVNT LAPIDE

Haud longe ab ara majori in medio Ecclesiae.

CLXII

D . O . M
IO . PETRO . ALAMANNIO
V . I . BENEDICT . F . M . P
OBIIT . XIII . KAL . MART . ANNO . MDLVIII

Propius ad januam Ecclesiae in medio ejusdem.

In Ecclesia Monasterii Ordinis sub titulo SS. Dominici, & Lazari.

CLXIII

HIC . QVIESCIT
IO . FRAN . FIDELIS
ARCHIDIACONVS
MISERICORDES . ANTE . OCVLOS
DVLCISS . VIRG . MARIAE
M D X L
ANNO . DEFVNCTVS

Ad gradus arae majoris.

CLXIV

ELISABET VXORI AMANTISSIMAE
QVAE CVM FRANCISCO TIGNOSO PATRE

IO. IACOBO PATRVO
AC MARGARITA BRVNELLA MATRE
IACET
IO. PAVLVS SEXTVS
POSVIT
CIↃIↃLXXX. III. CAL. DECEMBRIS

In ejufdem Ecclefiae medio.

CLXV

† IN NOMINE DOMINI :· HVIVS BASILICE
FVNDATOR FVIT CANTIANVS DE AREN
GO CVM MVSSA VXORE SVA, QVI DE
REBVS QVAS DOMINVS EIS DONAVERAT
HANC ECCLAM HEDIFICAVERVNT PRO RE
MEDIO ANIMARVM SVARVM AD HONORE
SANCTI LAZARI ✠ ANNO. M. C
LXXVI. INDICTIONE NONA. DIE
NONO MENSIS SEPTEMBRIS. INCHOATVM
FVIT OPVS.

Haec priorem fignat Ecclefiae erectionem, quum primum locus pro Leproforum fortaffis hofpitio fuerit defignatus; nam quae modo vifitur Ecclefia, architecturae ac picturae ornamentis decora circa initium Seculi decimifexti aedificata eft per Sanctimoniales ipfas, a quibus praedictus S. Lazari locus tantummodo inhabitari coepit anno 1498. Extat hoc marmor in Sacello S. Dominici femigothicis, ut ajunt, characteribus infcriptum, atque in eo fignari debuiffet annus 1077. juxta communem Mediolanenfium Indictionem, quae incipere folebat a die primo Septembris.

In Ecclefia S. Jacobi Majoris Apoftoli in Territorio Cafati novi Montis Briantei, ubi olim Coenobium Ordinis parvum.

CLXVI

ECCLESIA DIVO IACOBO DICATA

In fronte Ecclefiae.

CLXVII

1731. RESTAVRATA.
1742. PICTVRIS EXORNATA.

Interius in ejufdem Ecclefiae Choro.

 CLXVIII

CLXVIII

OSSA
Locus tesserae gentilitiae
HIC IACENT ALEX. D
BARTHOLOMAEI
RIBOLDI . S. T. ET
VTRIVSQ. IVRIS
DOCTORIS EXIMII
AC CVRATI MACHERII
QVI DVM VIVEBAT
DISPOSVIT CORPVS
SEPELIEN. HIC AC
MVLTA BONA . . . . . . fortasse *Fratribus*
HOC IN LOCO . . . . . . *Commo*
RANTIBVS RELIQVIT
OB. DIE .. I. OCT. 1636. (*c*

Extat Inscriptio ante aram majorem .

CLXIX

HIC
SACERDOTES ORDINIS ET
PRAEDICATORVM
OPTIME MERITI

In medio ejusdem Ecclesiae .

In Ecclesia S. Mariae Oppidi Landriani juris Coenobii Mediolanensis S. Mariae Gratiarum .

CLXX

CHRISTOPHORO . GEORGIO . ET . ALEXANDRO . LANDRIANIS
LANDRIANIQ . DOMINIS . DOROTHEA . TVRRIANA . COGNATO
MARITO . AC . FILIO . EISDEMQ . ALOYSIVS . PATRVO . PATRI
ET . FRATRI . SIBI . AC . POSTERIS . MOESTISSIMI . POSVERE

CLXXI

D . O . M
HEV . INFELICEM . HOMINVM . VITAM . RAYMVNDO
FVSCO . ADOLESCENTI . PRAESTANT . CVIVS . MATERNA
DOMVS . VRSINA . PATRIA . NEAPOLIS . FORTVNA . PRIN
CEPS . MILESQVE . FVIT . ALPHONSVS . PATRVVS . NEPOTI
B . M . M . POSVIT . VIXIT . AN . XVIII . MEN . XI
OBIIT . NONO . KLÑ . NOVEMBRIS . MDVIII

EMENDATIONES

Pag.		lin.		
XXXIX		21	lege	*Congregatione*
XLII		21	- - - -	*erectis*
28		13	- - - -	Numerus Cal. & Ind. habent
47		19	- - - -	Sanctii
61	col. 1.	42	- - - -	Bornaghis
	col. 2.	5	- - - -	* Meliavachis
62	col. 1.	42	- - - -	Philelphi
89		31	- - - -	degentis
		33	- - - -	Sudatum
91		12	- - - -	unus ac ſolus eſſet eademque Familia
94		39	& Avus *lege*	& fortaſſe Pater, ſive Patruus
116		13	- - - -	ſive *Regi magno*, vel *maximo*?
119		7	- - - -	parte laeva
147		23	- - - -	num. XLIX
148		7	- - - -	(*a*) Lapis inſertus

INDEX

Nominum, ac Cognominum eorum, qui in praemiſſo Inſcriptionum catalogo memorantur; tum eorum, quos in Eccleſiis praefatis, ad Mediolanenſe Coenobium *S. Mariae Gratiarum* ſpectantibus, Sepulcrum habere, aut olim habuiſſe conſtat.

Quae nulla nota ſignantur, extant in Eccleſia *S. Mariae Gratiarum;* quae autem unico † ſigno notantur, ſpectant ad Eccleſiam *S. Mariae ad Roſam* Mediolan.; quae duplici, ad Eccleſiam *S. Mariae* Oppidi Landriani; quae triplici, ad Eccleſiam *S. Jacobi* Montis Briantei.

Quae vero uno * deſignantur, in Eccleſia habentur Monialium Aſceterii *Veterum* nuncupati; quae duplici, in Eccleſia *Virginum*, ſive Monialium vulgo *della Vecchiabia;* quae tandem triplici notantur, extant in Eccleſia Monialium *SS. Dominici & Lazari*.

Be-

Con-

*** s. La-

de Pe-

*** Sex-

Alii extant Sepulcrales Lapides in eadem Ecclesia S. Mariae Gratiarum Mediolani, quorum nomina ignorantur, atque heic annotamus:

Ante ostium parvum Sacelli B. V. Gratiarum sub testudine magna Lapis pergrandis absque Inscriptione.

In eodem Sacello ad Cancellos ferreos Lapis in latere sinistro cum tessera Ord. Praed.

Ante Januam majorem Ecclesiae Lapis Sepulcri, cujus Inscriptionis literae exesae.

Ante pilam, dividentem Sacellum S. Vincentii ab altero S. Jo. Bapt., Lapis, in quo vestigia literarum indicant fortassis Sepulcrum Apost. Auditoris D. Gasparis Osii, qui obiit die 8. Augusti 1498.

Ante gradus ascensus ad aream testudinis magnae extant in medio majoris navis Lapides bini, quorum Inscriptiones sunt omnino consumtae.

Parum infra praedictos Lapides trini consimiles.

Sub ipsa testudine magna medius inter Sepulcrum Mariae Aldobrandinae Sfortiae & alterum innominatum, positum e regione majoris januae Sacelli B. Virginis, extat Lapis Sepulcralis cujus Inscriptio penitus abrasa; sed eo certe tegitur cadaver Danielis Venerii, seu Venerei depositum ibid., ut ex Necrologio, die 25. Novembris 1663.

In Cubiculo ad Chori dexteram, quod olim S. Martini Sacellum erat, visitur Lapis, cujus Inscriptionis literae haud legi valent.

Die 22. Maji 1773.

ADMITTITUR.


Joannes Maria Bossi R. C. T.
Joannes Maria Draconus R. R.

12. Junii 1773.

IMPRIMATUR.

CAROLUS COMES DE FIRMIAN.

ALIQVA VETERVM CHRISTIANORVM SYMBOLA — VARIVM MONOGRAMMA D. N. IESV CHRISTI



Back of
Foldout
Not Imaged